

b4 12361957

LEONARDI ARETINI
DE BELLO ITALICO
*aduersus Gothos gesto historia,
nunc primum edita.*



P A R I S I I S
Apud Simonem Colinazum.

1 5 3 4

5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

LEONARDI ARETINI DE
bello Italico aduersus Gothos gesto, ad
reuerendissimum in Christo patrem &
dominū dominum Julianū de Cæsari-
nis sancti Angeli Cardinalem, historia.

Proœmium.



Tu si longe mihi iuctu-
dius fuisset, Italiaꝝ felici-
tatem quod clades referre:
tamē quia tempora sic tu-
lerūt, sequemur & nos
fortunꝝ mutabilitatē:
Gothorumque; inuasionē
& bellum, quo Italia to-
ta penē euersa fuit, in his libris describemus:
dolosoram profecto materiam, sed pro co-
gnitione illorum temporum necessariam.
Neque enim Xenophontem Atheniensem
summo ingenio virum, cū obsidionē, & fa-
mem, ac diruta mœnia Athenarum descri-
psit, non dolenter id fecisse reor: scripsit ta-
men, quia vtile putabat, illarum rerum me-
moriā non deperire. Neque Liuius no-
ster cum vrbem Romam a Gallis captā, &
incendiis conflagratam refert, minorē me-
retur laudem, quod cum Pauli Aemilii triūm-

phium illum præclarum de Macedonibus,
 aut Publī Africani victorias enarrat. Hi-
 storix quippè est tam prosperas q̄ aduersas
 res monumentis literarum mandare. Itaq;
 optāda quidem meliora sunt: scribenda ve-
 ro quæcunque contigerint. Ne certe hæc
 ipsa scribentem, quanq̄ multa pro singulari
 amore meo erga patriam conturbent: tamē
 illa ratio consolatur, quòd et si res tunc ma-
 xi me aduersas Italia perpessa fuit, ad extre-
 mum tamē superatrix extemarum gentiū,
 nostram adusq; atatem terra mariq; poten-
 tissima remansit: ciuitatesq; in ea ornatissi-
 mæ magnis opibus magnaue authoritatē
 viguerunt haetenus, hodieq; vigent: qua-
 rum gloria & imperium longe lateq; ex-
 tenditur: vt nō tam ingemiscēdū sit pro his
 quæ tunc acciderunt, quam lœtandum; ceu
 Herculem magni labores celebratiōrē fe-
 cere, q̄ si nunquam tam periculose laboras-
 set. Taceo morum elegantiam, humanita-
 temq; præcipuam, ac bonarū artium dis-
 plinas: in quibus parēs simul & alumna in-
 comparabilis Italia reperitur: Sed com-
 mendationis aliud fuerit tempus. Huius au-
 tem belli quod nunc scripturi sumus, nulla
 apud latinos notitia supererat: fama tantū-
 modo quædam, & ea ipsa tenuis admodum;

& obscura tenebatur. Ferebatur Bellisariū
 & Narsētem Iustiniani duces, Gothos Ita-
 lica pepulisse: ubi vero, vel quomodo, vel
 quibus rebus gestis, nihil penitus sciebatur.
 Nobis autem ex Græcorum commentariis
 earum rerum notitia fuit. Itaq; ut alia satis
 multa, sic etiam hæc iam plane oblitterata,
 ad cognitionem nostrorum hominum re-
 ducere studuimus. Atque eo libentius feci-
 mus, quod cæteræ quidem historiæ de alieni-
 nis rebus fere existunt: hæc autem tota de no-
 stris est: in qua operæ pretium fuerit, quæ
 tūc per Italiam vrbes, qui populi, quæ tūc cō-
 ditio rerum esset, cognoscere: quæ obsecræ
 vrbes, quæ expugnatæ ac viæ: & quibus in
 locis prælia commissa. hæc enim omnia &
 scire pulcherrimum est, & ignorare turpis-
 simum. Diligentis siquidem viri est, patriæ
 suæ originem & progressum, & quæcunque
 illi per superiora tempora contigerint, nō
 ignorare. Habet præterea historiæ cognitio
 voluptatem animi per maximam, cum o-
 mnes natura scire concupiscant: & utilita-
 tem plurimā per exempla similiū cœpto-
 rum atque exituum: multarumq; rerum in-
 structionē, qua senes adolescentibus sapien-
 tiores existimantur, quoniam plura con-
 spexerunt in vita, & nō ex suis tantum, ve-

rūm etiā ex alienis periculis cautiores ef-
fecti melius iudicant, melioraque consilia
assumunt. Opes vero atque imperia maxi-
morum regum, potentissimorumq; popu-
lorum, qui usque adeo faciliter corruisse
legunt, hi quam stultum sit, intelligunt;
pro illis superbire ac gloriari, quæ nemo
exploratum habere potest usq; ad vesperū
esse duratura. Ita & sapientiores nos & mode-
stiores historia efficit. Ego igitur, reueren-
dissime pater, hos libros ad te mittere con-
stitui: ut & amorem meum erga te præci-
puum recognoscas, & iudex existas labo-
rum nostrorum: quos ita demum recte susce-
pisse putabo, si a te homine doctissimo at-
que sapientissimo probabūtur. Principium
vero narrādi hinc potissimum assumemus.

DE BELLO GOTHO.

RVM LIBER I.



Enone Romano princi-
pe imperat̄e Gothi Theo-
dorico duce inuadere Ita-
liam statuerunt, iam pridē
afflictam variis Barbaro-
rum incursionibus, & tūc
Odoacri tyrrānide occu-
patā: quibus de rebus, dicere aggrediemur,
paulo superiū cōditionē illorum temporū
repetētes, ut vnde ortus sit Gothorū aduen-
tus, & ex quibus spēm inuadēdi suscepereint, i-
nnotescat.

POST Valētiniani iunioris mortē, quē
Romæ interfectum a suis fuisse constat, oc-
cidentale imperiū vacillare cœpit, & quo-
dammodo exinaniri. Erant enim per id tē-
pus in Italia permagnæ exterarum gentiū
copiæ aduersus terrorem Atilæ nuper a Va-
lentiniano cōparatæ, & postea contra Guā-
dalos a Romanis adiunctæ. Hi cum affli-
etas opes, ac vacillationem imperii viderēt,
audaciam exinde sumentes, ac simul cōspi-
rantes, partem agrorū tertiam sibi per Ita-
liā tribui postularūt. Nomē imperii ad Au-
gustulū quendā Romanū per id tempus de-
uenerat: qui cū esset admodū puer, ab Horè

DE BELLO GOTHORVM

ste patricio eius patre gubernabatur. Cū igitur partē agrorū exercitus deposceret, Hostes autem vir prudens & grauis tum eorum desiderio refragaretur, milites eum interfecerunt: moxq; Odoacrum ducem sequi, Romam venientes Augustulum depo- suerunt. Is, ipsique iam plane dominantes, partem agrorum tertiam sibi diuiserunt. Odoacer igitur per hunc modum dominationē adeptus, suo & exercitus nomine ciuitates pro libidine gubernabat. Zeno autem Constantinopoli imperans, valde suspectā habere cœpit Theodorici potentiam. Goths enim per superiora Thraciæ loca degentes, vexare iam cœperant vicinas regiones, ac minime quieturi aduersus Romanum imperiū videbātur. Itaq; quò se ac regiones finitimas Gothorū metu liberaret: Theodoricō suasit, vt in Italiam transiret, & ab iniustis occupatoribus ciuitates vindicaret. His ergo de causis ex Thracia mouens Theodoricus Gothos cū cōiugibus & liberis cūq; omnibus rebus suis per Smyrniū & Illyricum aliasq; regiones dicens Italiam petiit. Quam cum tādem ingressus esset, Odacri duces & copiæ sibi obuiā fure, primūq; inter eos prælium fuit nō procul Aquilegia super Sontiū amnē, in quo

post acerrimā pugnā viatores Gothi, Odoacri duces profligarunt. Post hæc cū vrbes circunstātes Gothi cepissent, & copias hostium aliis locis profligassent: tandem in urbe Rauenna Odoacrū obsederunt. Hæc ob-sidio longius remorata est Gothos q̄ ipsi ab initio existimarāt: idq; accidit natura loci: q̄ neq; a mari faciliter obsideri Rauēna pos-tet, cum sit in ipso littore constituta: neq; a mediterranea regione, cum fossam habeat ex Pado deriuatā, ac stagnis quibusdā & pa-ludib⁹ coarctetur. Itaq; Gothi triennio fer-me toto circaillam cōmorati, capere nequi-uerunt. Finitima tamē Rauennæ opida per hoc ipsum tempus ceperunt omnia præter Cesennam: quæ & ipsa valido Odoaci præ-sidio tenebatur. Ad extremū vero fatigatis obsidentibus & obseffis, paſtione res compo-sita fuit, vt Theodoricus simul Odoacerq; socii dominatiōis essent. His peractis Theodoricus & Gothi Rauennā intrarunt: nec posthac vllæ partes Italij illis clausæ fuerūt. Verū hæc regni societas non diurna per-māſit. Cum enim occultas inter se suspicioneſ haberent, præueniens Theodoricus Odoa-crū ad cœnam inuitatum occidit, ſolusq; Gothis per Italiam dominatur. Fuit autem eius dominatio nō admodū dura, etſi partē

i. DE BELLO GOTHORVM

agrorum ut nuper Odoacer diuiserat , pro suis retinuit. Cæterū ciuitates per se ipsas ac per ciues suos gubernari permisit. Ipse vero sedē regni Rauēnæ constituit : ibiq; inhabitauit septē &.xxx. annis. Theodoric⁹ in Italia regnauit:nec tamen interea segnis oculosq; permanxit . nam & Siciliam totam cum omnibus adiacentibus insulis regno suo adiunxit,& Dalmatiā quoq; sibi subditam fecit. Quinetiam per hæc ipsa tempora magno cū exercitu Alpes Rhodanūq; trāsgressus,in vltiorē Galliam contra Frācos transiuit. Itaq; multa gessit hic rex:fuitq; non men eius admodum celebre,ac gloriosum: nisi q; extremo tempore crudelitatis & sceleris infamiā subiit,ob Symmachū & Boetijum senatores vrbis Romæ,& alios quosdā præstantes viros ab eo necatos , suspicione dūtaxat affectatæ libertatis. Theodorico rege sine virili prole defuncto , Amalasuentā filia tunc vidua existens cū Athalarico eius nato in regno successit. Erat vero Athalaricus admodum puer. Itaq; cura ac gubernatio tota reginæ incumbebat. Statuit igitur regina pueri curam suscipiens,literis latinis erudiendum:ac moribus formandum curauit.præceptores enim literarū quosdam ex Gothorū senioribus homines grauissimos

& compositos circa puerū esse iusserat. Ipsa
vero scuere admodū gubernationē exerce-
bat, prohibens Gothorū iniurias, nonnullā
etiam Theodorici facta retractās, & ad mi-
tiorē formā reducens: inter quæ & illud fu-
it, q̄ Boetii ac Symmachi filiis patrimoniā
dudū a Theodoro publicata restituit, asse-
rens eos fatis delationib⁹ ac temere a rēgē
creditis fuisse dānatos. Theodatū vero con-
sobrinū suū, qui magnas in Lucis possessi-
ones habens, multa finitimorum prædia
per tyrānidem occupauerat, ad restitutionē
ablatorū faciēdam cum acerba increpatio-
ne malignitatis coēgit. Hæc reginæ scuera-
tas multos Gothorum sibi inimicos reddi-
dit. Itaq; simul cōspirantes quidam Gotho-
rum proceres, fouere puerum contra poten-
tiam matris statuerunt. Quare ad Reginam-
venientes, non placere Gothis dixerunt,
vt rex eorum sub magistris ac præceptorib⁹
viuat, nec vt seniorum traditis obtēm-
peret. decere magnum Regem, equos & ar-
ma, & iuuenum exercitia, non seniorum
frigiditatem, aut Magistrorum sedulita-
tem meditari. His enim corpus & ani-
mum regis effœminari, illis autem vigo-
rem & peritiam crescere. Non enim fa-
ctum esse regem, vt disciplinas literarum

DE BELLO GOTHORVM

populose doceret, sed ut bello & armis potē
tiam extollat Hæc etsi reginam nō latebat
quorū tenderent, tamen ne refragari eo-
rum postulationi videretur, concessit: ado-
lescensq; æqualiū conuersationi tradit⁹ bre-
ui admodū tempore in lasciuiorē vitā scor-
taq; & libidines ac cæteras huiusmodi vo-
luptates trāsuectus est: matri vero vñq; adeo
repugnans & aduersus propter malos suas fo-
rēs, vt neq; audire illā, neq; alloqui digna-
retur. Regina igitur cum se per has artes ab
aduersariis oppugnari, ac regno spoliari vi-
deret, non tulit dolorem, ingentis spiritus
fœmina, sed tres Gothorum proceres qui
auctores suasoresq; malorū consiliorū pue-
ro erant, missis clām percussoribus occidi fe-
cit. Ipsa vero adolescente sibi recōciliato gu-
bernationem resumpsit. Sed Athalaricus ex
superioris vitæ lasciuia in varias ægrotatio-
nes prolapsus, decimo octavo ætatis anno
defunctus est. Regnauit autem Athalaricus
vnā cum matre post Theodorici mortē an-
nis decem. Regina vero post obitū filii com-
modius sibi processuram gubernationē ar-
bitrata si socium & adiutorem aliquē habe-
ret, Theodatum consobrinū suum, cuius fu-
pia mentionem fecimus, in consortium re-
gni assumpsit. Erat autem Theodatus literis

græcis latinisq; liberaliter eruditus, multā.
q; Platoni operam impenderat, & philofo.
phiæ: cæterū natura imbecillis & inconstans
multis vitiis laborabat. Is ergo ad regnum
beneficio reginæ assumptus, statim ingratia-
tudinem ac perfidiā ostendit. secreto enim
cum inimicis reginæ conspirans, eam cepit,
captamq; in Vulsinii lacus insulam relega-
uit: nec multo post per filios agnatosq; eorū
quos regina ob seductionē filii occidi fece-
rat, vt ipsa interficeretur permisit. Hæc tan-
ta perfidia ac malignitas Theodati multos
Gothorum turbauit: casumq; reginæ indi-
gnum, & successionem Theodorici tam in-
digne nepharieq; deletam miserabatur, nec
multū a seditione aberat Gothi. Quæ cū in-
tellexisset Iustinian⁹ imperator (ad hūc em⁹
post Zenonē & Anastasium & Iustinum de-
uenerat imperium) tempus idoneū ratus Ita
līx liberandæ, mēntem & cogitationē suam
ad has partes conuertit. Inuitabat insuper
eum prosperitas imperii, q; paulo ante per
Bellisarium ducem superatis bello Guanda-
lis, Africam illis abstulerat. Nec ferendū iam
sibi videbatur, vt contra decus imperii Ro-
mani Italiam occupari a barbaris patetetur.
His rationibus permotus, oratoribus ad
Theodatum missis, restitui sibi Italiam &

Siciliam postulauit, offerēs in huius rei cō-
penſationem alias dignitates. quod si is non
faceret bellum, vt expectaret edixit. Ea cum
Theodatus detrectare videretur, non ultra
cunctandum ratus Imperator, Bellisarium
in Siciliam transire cum exercitu iussit. In
apparatu tamen faciendo, non in Siciliam,
ſed in Aphricam missurum ſe classē ſi-
mulabat. Per idem quoq; tēpus Mundum
quendā ducem cum aliis copiis Dalmatiā
inuadere mādauit: vt hincinde perculsi Go-
thi, facilius opprimerentur. Et Mundus qui-
dem Dalmatiā cum exercitu ingressus, Salo-
nas occupauit, belloq; & tumultu partes il-
las inuoluit: Bellisarius autē parata clasſe,
militibusq; impositis, in Siciliā nauigauit.
habebat vero peditum delectorum copias
ſatis magnas: & insuper equites eadem clasſe
portabantur. Præerant pedestribus copiis
Constantinus & Bessas & Herodianus: equi-
tibus autem Valentinus, & Innocentius,
& Magnus; omnium vero dux & modera-
tor Bellisarius. Secutus ergo Iustiniani præ-
ceptum, cum ſe Carthaginem petere ſimu-
laret, Sicilię per viam applicuit, & quaſi re-
ſiendi ſui cauſa in hiſ locis descendit, ſum-
ptoq; exinde idoneo tempore Cataneam
vrbem repente adortus occupauit: inde

mox copias ostentans, ac propositum ap-
riens, non multos post dies Syracusas de-
dentibus sese ciuibus rescepit. Post hæc mi-
rabilis fuit victoriæ cursus, dedentibus sese
ciuitatibus, atq; vltro vocantibus. Causa ve-
ro huius erat Siculorum in Gothos odium
& imperii Romani auctoritas, & Bellisarii
præsentia, qui cum a Guandalis Aphricam
liberasset, idem facturus de Gothis per Si-
ciliam & Italiam sperabatur. Præterea
Gothi nulos per Siciliam apparatus fe-
cerant, nec ibi futurum esse bellum pu-
tabant. Itaque quicunq; in Sicilia erant
Gothi, subita Bellisarii inuasione, ac de-
fectione ciuitatum attoniti, de fuga magis
q; de resistentia cogitarunt. Panormis fo-
la (quoniam in ea vrbe validum Gothro-
rum erat præsidium) obsidionem expecta-
uit, & pertulit: quæ cum a terra munitissima
esset, hostesq; contemneret, classe in portum
delata, mari tandem expugnata est. Portus
nanq; vsq; ad mœnia patebat: animaduer-
sumq; fuerat a Bellisario quibusdā in locis
malorum nauium altitudinem celsius attol-
li q; mœnia. quare sagittarii per malos dis-
positi subiectos hostes sagittis & telis vi-
diq; ferientes, mœnia defensoribus nuda-
uerat: alii subcantes absq; villo metu muros

scandebant: quo periculo adducti hostes, se
ac urbem dedidere. Hæc ciuitas vltima cù-
starum Siciliæ ciuitatū in potestatem deue-
nit. Recepta Panormi, Bellisarius Syracusas
reuersus, ludos magnificos edidit, ac numi-
fma in multitudine diuersit. Erat enim ex-
tremæ consulatus sui dies: qui cōsulatus sibi
traditus fuerat ob honorem victoriæ cōtra
Guandalos partæ: adeoq; fortunam habue-
rat fauentem, vt extrema consulatus sui dic
Siciliam vniuersam ad superiores victorias
repert⁹ sit addidisse. In Sicilia quidē in hūc
modum r̄cs processerant: in Dalmatia vero
Gothi contractis magnis copiis ad urbem
Salonas duxerunt. Cumq; in propinquo es-
sent, & bellum hincinde gereretur, pugna
tandem committitur, non ex præparato, sed
præter expectationem vtriusq; exercitus.
Causa vero pugnandi in hunc modum fuit.
Mauricius erat Mūdi ducis filius, adolescēs
egregius, ac manu promptus. is partē equi-
tatus habens, speculatum ierat Gothorum
castra. huic fortuna quadam hostium equi-
tatus obuiam fuit. cum sese mutuo conspe-
xissent, nulla fuit mora: quin prælium com-
mitteretur: pugnatumq; est aliquandiu ita
vehementer, vt enixius fieri nil posset: præ-
stantesq; Gothorum permulti, in co prælio

occiderunt, & Mauricius ipse ad extremum
occubuit. Senserat vtraque castra prælium
committi, & vtrinq; suis opem ferre prope-
rabat. In via dū esset Mūdus, interitū filii co-
gnouit. Tūc homo natura vehemēs & bel-
licosus, insuper dolore filii incēsus, quasi ra-
bie quadā in hostes defertur. Aduenerat in-
ter hæc omnes Gothorum copiæ, ac totis
castris hincinde certabatur. Pugna fuit &
cædes cruentissima & asperrima. Tandem
fracti Goths magna suorum cæde, in fugā
vertuntur: sed Mundus insatiabiliter dum
Gothos cædit, ac profligatos longius ira ac
dolore amissi filii persequitur, in sua ipsa vi-
ctoria a fugientibus hostibus occiditur. Ita
vindicta filii supra modum exercitata, pa-
tris insuper interitum cumulauit. Post hoc
prælium vtriq; exercitus discessere. Nam
& Goths profligati cōsistere in his locis au-
si nō sunt, & Iustiniani milites ob mortē du-
cis cōterriti, relictis Salonis retro abierūt.
Non silebo in hoc loco quod scriptum est
a nonnullis auctòribus, qui Sibyllæ dicūt
fuisse carmina vetustissima, quibus signifi-
cabatur, cū Aphrica recepta iterum a Ro-
manis foret, tunc Mundum cum prole sua
esse peritulum. hoc Sibyllæ vaticiniū mul-
tos mortales conterruit, sollicitos ne cælum

DE BELLO GOTHORVM

ac terra cum vniuersis hominibus periret.
Tunc autē Africa superiori bello virtute
Bellisarii recepta, huius ducis ac filii interi-
tū fuisse prædictū a Sibylla apparuit. Adeo
cuncta vaticinia inuoluta ambagibus sunt.
Post mortē huius ducis, & discessum exerci-
tus, Gothi per Dalmatiā plus posse cœpe-
rūt. Agrippa siquidem vnu ex Gothorum
proceribus refecto cōfestim exercitu Salo-
nas vrbē & quicquid prius cōperat Mūdus,
per ea loca recuperauit: multoq; superior
Gothorū res per eas partes videbaēt: Theo-
datoq; regi animus creuit, vt iam cōfideret
bello se vel parē vel superiorē futurū. Iusti-
nianus vero cū hæc quæ in Dalmatia gesta
fuerant, cognouisset, Constantianū quendā
ex aulicis suis bello Dalmatico præfecit: &
simul ad Bellisariū scripsit, ne cūstaretur in
Italiā transire. Constantianus igitur refecto
exercitu, classēq; affatim struēta, cū aliquā-
diu in his cōficiēdis Dyrrachii cōmoratus
esset: tandem inde mouens, Epidaurū nauiga-
uit. Erat Epidauri exploratores quidam ab
Agrippa submissi, qui cum videret Cōstan-
tiani classēm iuxta littus nauigantē, & mul-
titudine nauium & structura egregiā, cōf-
festim ad Agrippā reuersi, rem per se magnā
etiā magnificētius extulerūt. Quibus audi-

tis Agrippa incertus cōsiliī esse cœpit. nā &
pugna decertare aduersus tātas vires pēni-
ciolum ac temerariū arbitrabat, & include-
re se Salonis nō satis cōfidebat, ciuib⁹ suspe-
ctis, & mœnib⁹ eius opidi quibusdā in locis
vētustate collapsis: mari etiā præualentibus
hostibus, cito sc̄ ad inopiā cōmeatus redigi
posse formidabat. His curis anxius, tandem
quod potissimū in difficultatibus visum est,
cōsiliū capit. Salona segreditur cū omnibus
cōpiis: & aliquātū profectus, castra loco ido-
neo cōmuniuit. Inter hæc Cōstantianūs cū
tota classe Lyſinā peruenit: vbi cum ea quæ
facta fuerant, cognouisset, ad proximum
littus nauigauit: militibusq; expositis, quin-
gentos eorum præmisit, ac fauces angu-
itosq; aditus qui non longe Salonis absunt,
per noctē occupare iussit. id factum cū esset,
ipse postridie exercitum omnē Salonas ad-
mouit, ac nullo negotio vrbē recepit. Id cū
Agrippa intellexisset, paucis dieb⁹ circū ea
loca moratus, abire cōstituit, atq; ita Ratiō-
nā mari delatus, Dalmatiā & Lyburniam
penitus dereliquit: quæ statim nullo iam re-
pugnante in Cōstantiani maius deuenire.
Bellifarius autem literis Iustiniani acceptis,
cum sibi in Italiā transiundum esset, militū
præsidio Syracusis & Panormi relieto, ipse

• DE BELLO GOTHORVM

cum reliquis copiis Messanam petiit, atq; ibi traiecto freto, Rheygium venit: inde per Brutios & Lucanos pedestri itinere exercitū duxit: classis vero vt per littus Inferi maris q̄ prope se nauigaret, edixit. Dum iter facit, frequētes eorum locorum populi ad illum defecerunt. Profectus per hunc modū aliquot dierum iter, tandem ad Neapolim cōstituit, quæ vrbs magno & valido Gothorum præsidio tenebatur. Ac statim Bellifarius classem in portu extra teli iactum ad ancoram stare iussit. Ipse autem admotis prope vrbum copiis, situm vrbis, ac naturā loci a terra speculabatur: nec multo post arcam munitam in suburbano existentem patione cepit. Inde cum obsidionem pararet, venerunt ad eum Neapolitanorum legati: in quibus erat Stephanus quidam Neapolitanus, vir & authoritate inter suos & cōfilio præstans. Is hæc ferme dixit, Nō recte facere Bellifarium, quod Neapolitanis nulla prius iniuria laceffitus bellum inferat: sc̄ quidem vrbum incolere Theodati & Gothorum præsidiis custoditam: itaque nihil sperare a Neapolitanis cū posse, vtpote in aliorū potestate constitutis, impetrare: quin etiam si fas sit dicere, non bono confilio illic, sed frustra morari. si enim, inquit, Romā

habueris, Neapolim quoq; habebis. si vero Roma excluderis: nec si Neapolim habeas, eam retinebis. Itaq; Romam aduersus Go-thos qui ibi sunt, tibi ducendum fuit: non Neapoli commorandum: quæ, vtcunque res cadet, sit accessio futura. Ad hæc Bellisa-rius respondit: Vtrum bono vel malo cōsi-lio circa Neapolim commoretur, non esse Neapolitanorū sibi præscribere: neq; enim eorum sententiam super hoc sciscitari: quæ vero ad eos pertinet, cogitare eos debere: vtrum præstet exercitum imperatoris Ro-mani pro salute ac libertate propria recipere: an in seruitute barbarorū permanentes, merito oppugnari ac deleri: se quidem, nisi recepta vrbe, non esse abiturū: cupere vero sine pernicie eorum potius quam cum per-nicie, vrbe potiri. Hæc palam. Secreto autē Stephanū cōmonefecit, vt benevolentiam potius & gratiam imperatoris, q̄ indignationem promereri ciues suos adhortaretur. Legati igitur in vrbe reuersi, Bellisarii verba retulere. Cumq; de his rebus consultare-tur, rogatus sententiam Stephanus, nimiū sibi periculose videri inquit tantam belli molem in se ipsos Neapolitanos fuscipere: proinde pactione aliqua saluti suæ prouidē-dum esse censebat. Adiuuabat quoque hanc

ipsam sententiam Antiochus quidam antiquo genere Syrus, longo tempore Neapoli mercaturæ gratia commoratus, homo diues, ac magnæ apud Neapolitanos fidei, hic eadem suadens quæ Stephanus censuerat, multos permouerat. Populus quoque ac multitudo urbana tandem hæc eadem cupiebat. Iamque voces audiebatur aperte dicentium portas Bellisario esse aperiendas, Gothi erant in præsidio circiter octingentos: qui quanqu grauiter ista ferré, tamē aduersus populi voluntatem repugnare non ausi, se ipsos contraxerant. Pastor & Asclepiodotus erant Neapolitani, in primis Gothorum amici: & qui præsentem ciuitatis statum mutari permoleste ferebāt. Hi conspecta populi volūtate, aperte refragati non audentes, transuersa quadam via impedire conuentione aggressi sunt: quæ obrem eadē illa quæ cæteri, in concione laudantes, patetis ac iureiurando multa cauenda esse susserunt. Erant vero talia, quæ non putabant Bellisarium esse concessurum: præsertim cū de his obseruandis iusiurandum ab eo petetur. Visi igitur pro benevolentia populi illa dicere, decretum in eorum sententiam fieri obtinuerunt: cunctaque in libellum diligenter redacta, Stephanus a ciuitate missus,

Bellisario detulit: qui cum illa legisset, singula postulatorum capita benigne probauit, ac iusurandum suum pro his obseruandis obtulit. Stephanus igitur in urbem reversus, hæc retulit. Populus autem lætitia affectus discursare iam ad portas, Bellisariū que in urbē vocari debere clamitabat. Hæc igitur aspicientes Pastor & Asclepiodotus, quando primæ illorū artes nō procedebat, Gothos simul ac Neapolitanos ciues suæ factionis in vnu conuocant: docent stultum esse, arbitrio multitudinis imperitæ ciuitatem perdere. Quis enim non intelligat, si Bellisarius capienda vrbis fiduciam habet etiam villam, postulata quæ ad illum misimus, nunquam fuisse concessurum? Nunc autem omni destitutus spe, ea consentit, quæ seruaturus non est: quo nos proditores periculo nostro faciat. Nam si benevolentia nostri, quam prædicat, teneretur: non hic manens in fraudem nos impelleret, sed ultra progressus contra Theodatum & Goths prælia decerneret. Hæc & huiusmodi suadentes, ad repugnandum hortati sunt: & Gothis animos addiderunt ad urbem defendendam. Iudæos insuper, quorum magna Neapoli multitudo erat, armaverunt, ac sibi continxerunt. Quibus rebus deter-

riti ciues, colloquia Bellisarii, omnemque
cōventionum spem interruperunt. Ille igitur
posthac ad bellum sc̄ cōparauit: s̄piusq;
expugnatione tentata, magno suorum mi-
litum detrimento repellitur. Mœnia enim
Neapolis partim mari circūdantur: partim
locis arduis saltuosissq; existunt: aditusque
difficillimos sc̄adentibus habent. Aquædu-
ctus vero qui aquam in urbem deferebat, li-
cet a Bellisario recisus fuisset, tamen non
multū obsessis nocere videbatur, propter
ea q; pluribus in locis puteos habebant: vt
deesse illis aqua non posset. Maxima vero
tenebātur spe auxilii venturi, quoniā missis
Romā nunciis, opem ferri sibi aduersus ho-
stes postularant. Cū esset Bellisarius exigua
spe, ac de omittēda obsidione cogitaret, for-
tuna mirabiliter sibi viam aperuit. Aquædu-
ctus erat solo incisus: per quem aqua in ur-
bem ferebatur. Hunc ab initio obsidionis
Bellisarius, vt supra diximus, interruperat.
per eum miles quidā Isauricus forte ingres-
sus, vſq; ad mœnia vrbis penetrauerat. Erat
vero ea parte qua mœnibus inferebatur, pe-
tra non manu posita, sed natura: per quam
perforatam aqua in urbem transfibat. Ma-
gnitudo autem foraminis non tanta erat,
vt vir ingredi posset. Quæcum fatigé-

platus esset miles, intellexit, si petra illa magis pateficeret, aditum fore in vrbē. Itaq; nota Bellisario cuncta facere curauit. Dux vero lētat⁹, ac magna pollicitus præmia, alios sibi coadiutores eligere militē iussit: petrāq; illam magis aperire, non cōdendo, ne percussio exaudiretur, sed limādo, ac paulatim demendo perquā latenter. Hæc vt dux iubebat, ita miles egit. Deniq; assidua diligētiq; militis opera factum est, vt armatus cum thorace ac clypeo per eum locum ingredi valeret. Hæc facta cū essent, Bellisari⁹ vidēs iam vrbē fore in eius potestate, timēsq; a militibus incendia, rapinas, ac mala cætera, ea hostib⁹ memorauit: proinde viderēt Neapolitani, ne extremū periculum experītēt: adhuc enim resipiscēdi tempus esse. Stephanus igitur his auditis cūcta cum lachrymis ac gemitu ciuib⁹ suis retulit: illi autem spernentes contempserunt. Bellisarius igitur cœptum suum prosequutus, cum vrbem capere statuisset, in hunc modum prouidit. Primis statim tenebris milites quadringentos delegit. horum singulos thoracem clipeumq; & gladium ferre iussit, paratosq; & armatos silentio quiescere donec admoneantur. Ductores vero his præfecit Magnum & Valentinū, viros strenuos, quorum virtutē

plurimum confidebat. Cum media iam noctis pars transacta esset , ductoribus ipsis rem aperiens , ac locum ostendens , milites per aqueductum accensis luminibus duce-re imperauit. Cum vero in urbem peruenient , quid facere illos velit , admonuit. capere enim partem aliquam muri , ac tuba id significare. Ipse vero scalas permultas iam pridem comparauerat , quibus moenia aggredieretur: exercitum autem totū in armis esse iussicerat : multos circa se expeditos intentosq; habebat. Inter hæc pleriq; ex militibus qui cum Magno ierant , periculum formidantes retrocesserunt: nec exhortationibus aut minis contineri poterant : quos Bellisarius duriter increpatos dimisit : ac ducentos corum quos circum se habebat , in eorum locum submisit . qua contumelia etiam illi ipsi qui prius recusauerant , secuti sunt. Milites igitur per aqueductum longam ac cæcam viam ierunt. non enim ad moenia finibatur aqueductus , sed longius per urbem penetrabat , testudinem de-super habens ex lateribus coctis : nec prius ubi locorum essent , milites intelligere potuerunt , quām desinente iam testudine cælum apparuit. tunc se media in urbe senserunt esse: & simul cuadere ex eo loco diffici-

Ie fuit, propterea quod parietes hincinde al-
tius adificati difficilem armatis faciebant
ascensum. Ut vero tandem alteri alteros iu-
uantes emergerentur, ad mœnia profecti,
turres duas occisis custodibus occuparunt:
atq; inde tuba canere, & clamorem attollere
cooperunt: Bellisariusq; confessim ad ea
loca profectus, scalas mœnibus admouit: ac
milites concendere iussit. Fuit & in hoc
loco difficultas & mora, quoniam scalæ, vt
poterat claram factæ, ad altitudinem muri non
perueniebant. Itaq; necesse fuit binas simul
scalas colligare, atq; ita concendere. Hæc
fiebant ab ea parte urbis, quæ ad Septentrio-
nes est versa: eodemq; tempore ad aliam ur-
bis partem quæ ad mare spectat, acerrime
dimicabatur. Iudorum enim multitudo
in hoc loco pugnabat: homines proterui
ac temerarii, & qui capta urbe nullam sibi
veniam futuram spectarent. Itaq; resistebant
acerrime, nullumq; ingressum hostibus
permittebant. Alia vero pars exercitus por-
tam urbis ad orientem versam incenderat:
ac pertrumpere in urbem festinabat. Inter
hæc dies apparuit, portaq; a militibus qui
scalis ascenderant, refracta, ingressum ex-
ercitui præbuit: simulq; per portam ad ori-
entem versam, quam incensam a militibus

28 DE BELLO GOTHORVM

diximus, penetratum. Tunc discursum per
urbē est: cædibusq; & rapinis omnia fœda-
ta. præcipue vero scuiebant hi milites, quo-
rum fratres vel agnati superioribus præliis
circa urbem commissis interfecti a Neapo-
litanis fuerant. hi tunc vrbe capta victoriā
crudeliter exercebant, nulli neq; atati neq;
generi hominum parcentes. Iudæi vero qui
partem urbis ad mare versam defendebant,
etiam capta exteris in locis vrbe, ipsi tamen
aceruisse repugnabāt: nec prius cessauerūt,
quam discurrentes per urbem milites eorū
terga inuaserunt. Tūc ab ea quoq; parte in-
tra urbem penetratum: cædesq; & rapina v-
biq; factæ. Bellisarius capta Neapoli huma-
nissime victoria vsus est. nullum enim Nea-
politanorū post arma deposita interfici aut
capi permisit: mulieres ab omni libidine in-
tegras referuatas maritis parentibusq; resti-
tuit. In Gothos etiam qui in præsidio fuc-
rant, nullam scuitiā ostendit. Pastorem ve-
ro & Asclepiodatum tantorū malorum au-
tores non ipse Bellisarius vltus est, sed ciues
ipsi Neapolitani, multitudoq; urbana, quæ
postridie quā capta fuerat vrbs, ad zdes illo-
rum discurrens, reperitum domi Asclepioda-
tum occidit, ac per urbem traxit. Pastorēm
vero quærens reperire non potuit. ille enim

in ipso capti vrbis tumultu, vel morte voluntaria, vel dolore ac desperatione animi interierat: populus tamen ardens odio, non prius quætere illum destitit, quæ fidem oculis accepit cum interisse: nec alias continere rancorem potuit, quin eius cadaver membratim disperget: veniam huic tanto furori dñe Bellisario, propter mala ab illis in quos se uiebatur, commissa. Neapolis igitur per hunc modum capta & seruata est. Gothi autem qui Romæ & circum ea loca degabant, auditis his quæ Neapoli facta diximus, in suspicione ac metu plurimo constituti erant: nec dubitabant Bellisarium cum viatore exercitu ad se esse venturum. Quare scipios cohortantes, ac cæteros gentis suæ bellatores euocantes, inter Anagniam & Terracinam castra fecerunt. Ibi cum simul essent Gothorum copiæ, multa de superiori malignitate Theodati, multaq; de præsenti segnitie conquesti, demù seditione in exercitu facta, Vitigem sibi regem creuerunt. Erat autem Vitigis non ex regio genere ortus, sed magnus bello vir quondam habitus, eaq; virtute nomen & auctoritatem sibi plurimam compararat. Thcodatus vero simul atq; ista sensit, arrepta fuga Rauennam ire properabat: sed missi confessim post cum a

DE BELLO GOTHORVM

nōū rege satellites, per viam affecuti illum interfecerūt. Post hæc Vitigis Romam venit: schatumq; & populum allocutus, beneficia Theodoriči memorauit: cosq; hortat⁹ est, nequid noui moliantur. magnas Gothorum vites per Italiam esse docuit: nec ea quæ accidissent incommoda, propter imbecillitatem gentis accidisse, sed propter discordes erga Theodatum animos: nunc autē conspirantibus in vnam candemq; voluntatem Gothis, contrarios effectus esse secuturos. Itaq; neminem sine sua pernicie per Italiam res nouas moliturum esse. Hæc eadem cum Liberio Romanæ urbis præfusile egit. Et quoniam nouum erat eius regnum, iure iurando sibi populū & pontificem obligauit. Ex senatu vero & ex populo Romano permullos delegit, quos obsidum loco habere constituit. Urbi autem Romanæ quendam ex proceribus suis Luderim præfecit: eiq; electorum militū quatuor milia reliquit, quibus Romam custodiret: ipse cum reliquo exercitu Rauennam petere contendit, quò regnum magis stabiliret. Eo cum peruenisset, Amalasuētx filiā Théodorici neptem, quæ a Théodato captiva tenebatur, in matrimonium suscepit, vt regio sanguine dominationem honestaret. Gothorum autē

copias vnde cunq; vocare parareq; non desistit, armaq; & equos inter suos partiri, ac cætera quæ ad bellum pertinent, studiōse prouidere. Sed cum magna Gothorum robora circa Padum & Ticinum ac cætera per Galliam cisalpinam essent, caq; contrahere Vitigis fecerat, obiecta illi formido est Francorum gentis. Franci enim per id tempus ad Alpes usq; dominationem extenderant: cis Alpes vero Goths omnia possidebant: nec sanc inter se amici, sed suspecti magis discordesq; habebatur. Et irritatos nuper Francos a Iustiniano imperatore constabat, suadēte ut bellū aduersus Goths capesseret. Ob hanc igitur suspicionē Vitigis oratoribus ad Francos missis, delere ab ea parte formidinem studuit: quod & tandem assecutus est, fœdere cum illis inito, amicitiaq; contracta. Dum huc a Vitigide prouidentur, interea Bellisarius refecto ornatoque exercitu, Romam petere constituit. Itaque reliquo Neapoli Herodiano cum præsidio militum, Cumis quoq; alio imposito, ipse cum cæteris Romam petiit. Iter eius per viam Latinam fuit. Romani vero aduentū Bellisarii sentiētes, nequaq; moleste ferre videbantur. Et iam Fidelis quidam Médiolanensis, qui per tempora Athalarici præfectus

DE BELLO GOTHORVM

regis domus fuerat , ex vrbe Roma profectus,Bellisario nunciauerat,vt copias quam proxime admoueret.populū enim Romanum exercitui imperatoris Romani nequaquam portas esse clausurū.Intra vrbē quoq; ex multorum sermonibus hanc eandē voluntatem populi erat inspicere.quibus conterriti Gothi qui Romæ in præsidio erant relieti,sponte sua omnes abire statuerunt,præter Luderim præfectum , qui pudente ductus perire maluit , quam vrbem fidei suæ creditam deserere. Romani Gothis abundantibus securitatem præstiterent,q; ut eadem die atq; hora quidem qua Gothi porta Flaminia Romā exirent,Bellisarius porta Celimótana,quam Asinariā vocant,Romam intraret. Cum esset enim Bellisarius maxima omnium Ixtitia intra vrbem receptus,scenatum ac populum que oportebat allocutus,summam post hæc diligentia adhibuit in reparandis mœnibus , atq; vrbe munienda. Non solum enim mœnia curavit,& propugnacula idoneis locis construxit : verum etiam fossas & aggeres mœniibus adiunxit:frumenti quoq; magnam vim nauibus importādam,& in publicis horreis scruandam prouidit.Romani vero quamquam ingenium ducis admirabantur,tamē

hanc illius sedulitatem in vrbe munienda
non probabat: magnum enim ducem cum
imperatoris exercitu Romam ingressum,
non de paticnda obsidione, sed de infereda
cogitare debere. Enim uero ipse cōscius pau-
citas exercitus sui, & magnarum virium
Gothorum, iam mente & cogitatione fu-
turū præuidebat. Nec tamen interea segnis,
sed præfectos suos Cōstantinum & Beilam
in hoc ipso tēpore Narniā & Spoletū & Pe-
rusium dedentibus sese ciuibus suscepit. Pu-
gnatum est etiam nō procul ab vrbe Peru-
sina contra Gothos. nam Vitigis statim at-
que defectionem Perusinorū sensit, Humi-
lam & Pissum cum exercitu in Tuscos mi-
sit, quō cæteras vrbes in fide continerent: ac
ea quā iā diēta sunt opida, recuperarēt. Erat
Perusii Cōstantinus Bellisarii præfectus, co-
piasq; omnes eo cōtraxerat: præter paucos
milites quos in præsidio Spoleti reliquerat.
Cum igitur appropinquarēt Gothorum co-
pix, ac sub iplis prope mœnibus Perusii es-
sent, egressus vrbe Cōstantinus, atie stru-
cta, & ad dimicandum parata, Gothos inua-
xit: committitur ingens prælium, ac magnis
viribus vtrinq; certatur. Gochi multitudi-
ne, Cōstantiniani situ loci, & fauore pro-

pinquæ vrbis iuuabantur. Post longum certamen superati ad extremum Gothi in fugam vertuntur: fit corū magna cædes: muliti capiuntur: inter quos Humilas & Pissus duces copiarum hostium capti fuerunt, & Romam ad Bellisarium missi. Vitigis igitur cum præter defectionem vrbium, hanc insuper cladem accepisset, non ultra differentium ratus, cum toto penitus Gothorū robore in bellum descendere constituit. ita Rauenna mouens, Romam ducere perrexit, habens in exercitu ducēta milia hominum: plurimōsque inter eos loricatos equites, quos cataphraetos appellant. Cum his tantis copiis ita Romam petebat, ut nihil magis veteri videretur, quam ne Bellisarius non expectaret. Quare nec ad Perusium, nec ad Spoletum, nec ad Narniā constituit, sed Romam petere festinauit. Bellisarius autem cum tanti belli molem in se cōuerti sentiret, Cōstantinum & Bessam cum his quas habebant copiis ad se propere redire iussit: paruitq; dicto Constantinus, confestimq; ex Tuscis Romā duxit. Bessas vero qui erat Narniæ, tardius discessit: vt ctiā cū primis Gothorū excusoribus implicaretur. Vitigis enim proximum Narniæ iter

faciebat: quo cū primi antecursors peruenissent, egressus urbem Bassas eos inuasit: agmina quædam eorum in fugam vertit: multosq; occidit: sed cū maiori numero premetur, in urbe sese Narniam recepit. Moxq; inde Romā properans, ex visu denunciauit Gothos adesse. Gothi Narniā prætergressi, per Sabinos in agrum Romanum descēderunt. Cūq; Romæ propinquarent, ad Anienem fluuium constituerunt. nam Bellisarius pontem super eo amne ex vtraq; tipa turribus claustrisq; munierat: ac militū præsidio custodiri iusserat. Itaq; Gothi primo aduentu transire nequientes, trans Anienem fecerunt castra. Nocte vero insecura milites qui in præsidio pótis erāt, multitudine ac ferocitate barbarorum cōterriti, turres ac munimenta pontis deseruerūt: clamq; fuga arrepta in Campaniā abierūt, potentiā Bellisarii formidantes. Habebat in animo Bellisarius iuxta Anienē castra facere contra Gothorū castra, quò diutius in his locis hostes detinet ret. Quamobrē postridie mille equitibus assumptis, ad ea loca profectus est: quò & sitū regionis, & quid agerent hostes, specularet, & limuli idoneum castris suis locū deligeret. Proficisci autē cum prope Anienē esset,

equites Gothorum præter expectationem
sibi obuiam venerunt. Gothi autem paulo-
ante munimēta pótis deserta sentiētes, clau-
stra portasq; refrigerant: iamq; transgressa
multitudo eorum permagna fucrat: Belli-
sarioq; hæc ignorantē cum repente obuiam
venissent, ex insperato pugnare cōpellitur.
Et ab initio quidem ducis munera tantum-
modo Bellisarius obibat, iubens & adhor-
tans, & quid agendum foret, ostendens: cum
vero sui magis ac magis ab hostibus preme-
rentur, tūc necessitate cogente nō amplius
ducis officium, sed militis exercebat. Aduo-
lans siquidem inter primos pugnatores, ma-
nu & viribus strenue rem gerebat: quo qui-
dem die plurimum ipse periculū subiit, ex
huiusmodi causa. Erat Bellisario equus insi-
gnis, quo plurimum vtebatur. is erat color
subrutilo, frōtemq; summam vsq; ad nares
alba linea distinguebat. Cum igitur ex eo
pugnaret equo, & in primis pugnatoribus
versaretur: transfugæ quidam cum noscitā-
tes, clamore significarunt, vt phalam feri-
rent. hoc enim vocabulo Gothi formam il-
lam equi appellant. clamorq; per omnes iit,
phalam feriri. Ex quo factum est vt tota pa-
gna in vnum Bellisarium conuerteretur. ♀

nisi circa eum egregia familiarium manus se conglobasset, ac impetum ipsi irruētum hostium exceperissent, corporibusq; & armis equum & Bellisarium inter mille telorum iectus protexissent, euadere nō poterat. tunc autem defensus egregie est, tū virtute propria, cum peritissime dimicaret: tū amicorum & familiarium auxilio, qui incredibili amore circa illum versabantur. In hoc loco multi atq; optimi ex Bellisarii familiaribus cediderunt, & in primis Maxentius vir singulari virtute, qui circa Bellisariū pugnans, cum præcipua fortitudinis opera edidisset, multosq; Gothorum interfecisset, tandem ipse quoq; multis vulneribus acceptis occubuit. Ad extremum sē cohortātes qui cum Bellisario erant, impetu factō in fugam hostes verterunt, & vsq; ad pontem persecuti sunt: pedites vero qui pro ponte stabāt, prælium excipientes, facile Bellisarium & suos repulerūt: cedētibus multitudo rursus equitū premere terga cœpit: quibus difficultibus in editum quendam locum se recipere coacti sunt. Ibi quoq; cum equestris pugna redintegrata esset, hostiumq; multitudo assidue cresceret, & multivtrinq; pugnantes cecidissent: tādem effuso cursu Romam

petere coguntur: fuga tum fuit ad eam portam quam Pincianā vulgo appellat: & Bellisariū adeo persecuti sunt Gothi, vt de mūris vrbis feriretut. Fuit quoq; in eo loco tumultus ingens. Romani enim qui in muris stabant, veriti propinquitatem hostiū, portam aperire nolebant: nec Bellisarius licet clamās cognoscebat, quod & iam sol occiderat, & ipse puluere sudoreq; deformatus erat. Cum igitur ad ipsam portam se cōglobassent, nec porta aperiretur, hostesque instarent, Bellisarius suos cohortatus, hostes magno impetu inuadit: ac in fugam versus longe submouit. Ita fugatis hostibus, ipse iam planè cognitus, suos intra vrbem reduxit. Pugna huius diei longe maxima ac varia fuit. cōptum est enim pugnari pauio post solem exortum: desitum autem iam tenebris terram operientibus: optimusque pugnator iudicio omnium Bellisarius ea die existimatus est: in Gothis autem Visindus. Cum in vrbem rediisset Bellisarius, milites ac Romanos ciues per mœnia vigilias facere agereq; nocte illa iussit: præfectis etiam suis portas attribuit, vt singuli singulas tucentur. Præcepit autem vt si quid tumultus oriretur, nemo ex eo loco in quo

collocatus esset, abiret, neq; se cōmoueret.
Per eam noctem compluribus locis tumul
lus excitati sunt, & pleriq; inanes. Clamatū
est enim per urbem, ad Ianiculi portam ho
stes inualisse: & arma ob hoc trepide sum
pta: nec prius cessatum a tumultu, q̄ redeū
tes inde nūcii retulerunt omnia ad Ianicu
lum quieta esse, nec hostes per caloca vi
fos vel auditos. Ad portam vero Salariam
alius tumultus exortus: nec is quidē teme
re. Gothi enim per noctem sub ipsam por
tam venientes, Romanos ciues qui stabant
in mœnibus, vocauerunt: atque ibi vnum
corum Bacchius nomine, vir Romæ no
tus, quē Vitigis rex ad hoc ipsum miserat,
verba faciens, Quid est, inquit, Romani
ani non iam pudet vos stultitiae vestræ, qui
Græcis hominibus vanis & histrionibus,
ac nullæ protinus aliæ rei gerendæ ido
neis, vos ac salutem vestram commisistis,
spreta Gothorum potentia, quæ primo sta
tim aduentu illos fudit atque obsedit? At
qui non ita meriti de vobis erant Gothi,
vt tantam proditionem aduersus eos mo
liri debuissetis. Sed resipiscite iam. Vnica
enim hæc euadendi via est, si portas Gothis
aperiat, non aduersus vos, sed aduersus

Grecos ingressuris. Quod si persequaueritis in amentia vestra, implacabile bellum a Gothis expectetis. Hec Vitigis rex denunciari vobis iubet. Nihil his verbis responsum est a Romanis: sed cum significaretur Gothos adesse, cōcursum est ad Salariam portam. Gothi vero aliquantum commorati, in castra regis, quæ inter urbē & Anienē erant posita, reueterunt. Et prima quidem nox in hunc modum trāfacta est. Postridic vero cū in præliū nemo egredieretur, Gothi ad obsidionem se comparāt. Eius obsidionis hæc ratio fuit, & ordo: Castra circa urbem sex in locis posuerunt a Flaminia via usq; ad Praenestinam. His castris quinque urbis portæ obsidebantur. Addiderunt postmodum septima castra ultra pōcem Milium. hæc ultima castra portam Aureliam obsidebant: & impediabant vias quæ trans Tiberim ferunt. Castra autem ipsa vallo & fossa ac lignis turribus munierūt: & tam citra quam ultra Tiberim possidentes, omnia crebris incursionibus peruadebant. Bellisatius autem contra pro defensione urbis hæc prouidit. Pincianam portam quæ contra Gothorū maiora castra maxime erat opposita, & huic proximā à dextra manu Salariā,

& quicquid circa illas muri est, sibi ipsi Bellisarius tuendas assumpsit: Prænestinam vero portæ Bessæ commisit: Flaminiam vero quæ est a sinistra Pincianæ, Constantino attribuit. Ceteris quoq; portis, alios præfeccit. Goths profecti circa urbem aquæductus omnes interruperunt. Erat hi quatuordecim aquæductus mirabili opere cœlesti, per quos aqua in urbem vehebatur. Ex horum interruptione non tantum aquarum incommoda nocebant Romanis, quantum pistrinorum defectus. Nam ex eo aquæductu qui e summo Ianiculi per transiberim defluebat, ut-pote declivi ac rapido, magnavis pistrinorum conficiebatur: ex aliis quoq; aquæductibus quibusdam in locis eadē commoditas molendi constituta fuerat: qui tunc interrupti, permagnas obsecsis difficultates afferebant. Aduersus hæc incommoda Bellisarius in hunc modum remedia ex cogitauit. Bini lēbi paruo inter se distantes spatio lignis coniuncti molas in medio continebant: quæ rapido fluminis cursu partitæ voluebatur: funes ab utraq; ripa quā maxime intenti lembo in flumine sustentabant. Huiusmodi lembo secus pontem qui primus trans Tiberim fert, collocauit: post eos lembo alios

42 DE BELLO GOTHORVM

codem ordine disposuit. Ne vero hostis mic-
tēdo de superiori loco materiem & ignem,
officere lembis valeret, catenæ in flumine
ad ipsum pontem obiectæ omnem materiæ
excipiebant, exceptam autem homines ab
vtraq; ripa dispositi auferabant. Et aduersus
pistrinorum defectum hæc optime prouisa
sunt. Lembi enim pistrina largissime sup-
pleuerunt: aquarum incommoda Tiberis
sustentabat. Per mœnia vero pluribus lo-
cis instrumenta belli multiplicita ad feri-
endum repellendumq; hostes Bellisarius
effecerat: ac solertissime omnia proui-
debat. Gothi vero contrâ ad expugnati-
onem vrbis instrumenta & machinas com-
parabant. Machinæ vero huiusmodi fuc-
runt: Primum aristes quatuor. Est au-
tem forma eorum talis. Columnæ lignæ
quatuor in altitudine rectæ æqualiter inui-
cem oppositæ collocantur. hæc columnæ
tignis octo vinciuntur: quatuor ad imum
columnarum: totidem ad summum: effici-
turq; veluti quadratae cuiusdam ædiculae
forma. hæc rursus coriis obtegitur, ne feriri
de mœnibus qui intus sunt, possint. trâsuer-
sum deinde tignum ponitur, a quo trabs ca-
tenis alligata dependet quasi vslq; ad medi-

um altitudinis columnarum . habet vero
trabs in capite ferrum ingens & quadratum
ad incudis formam . machina tota quatuor
rotis ad bases columnarum impositis de-
fertur . Mouent autem eam milites intus
existentes non pauciores quinquaginta : qui
postquam mœnibus eam admouerunt , tra-
bem illam suspensam machinamento quo-
dam retrotrahunt , moxq; eam impetu de-
mittunt . trabs autem violentia & pondere
in murum delata , omnia scindit & per-
rumpit . Fecerant etiam Gothi turres ligne-
as pari mœnibus altitudine . hæ quinq; ro-
tis vehebantur . Scalarum præterea grandē
numerum parauerant , & infinitam quan-
dam vim fascium ex virgultis & stipu-
la , quibus fossas replere cogitabant . Cum
satis omnia parata essent , Vitigis prima lu-
ce armatos omnes suos adesse iubet : agmi-
naq; distribuit : & quid agere quenq; velit ,
præscribit . Fit alacritas magna in Gothis ,
& incredibilis pugnandi ardor , cum alii
fasces , alii scalas ferrent ; alii machinas ad-
mouerent . Bellisarius ante portam cum
lectissimis militum super aggerem per-
stabat : nec quenquam moueri a suis iusse-
rat , priusquā ipse signum dedisset . Turres

quas paratas a Gothis diximus , boues con-
uicabant.hæc ante cæteras machinas adju-
hebantur. quod cum aspexisset Bellisarius,
risit simplicitatem Gothorū, qui bobus cre-
derent machinas admoueri ad hostes posse.
Itaq; suos omnes sagittas in boues coniice-
re iussit: quibus cito confecti boues concide-
runt,machinaq; destruēta vltterius admoue-
ri non potuit.Qui autem stipulam & qui sca-
las ferebant,multitudine telorum ab agge-
re venientium repulsi,nec fossas complete,
nec mœnia adire,nec arietes admouere va-
lebant.stabat nihilominus Gothorū acies,
ac testudine facta interdum subibat:sed per-
uincere aggerem nunq̄ potuit . sagittis &
tragulis & omnifariam telorum genere cer-
tabatur.Dum hæc ad Pincianam & Salari-
am portam geruntur,tribus aliis locis Ro-
ma oppugnabatur.Nā Vitigis relicta parte
copiarum,quò Bellisarium prælio distin-
get,ipse ad Prænestinā portam cū multitu-
dine pugnatorum conuolauit . Eodemq;
tempore alia Gothorum multitudo contra
portam Aureliam impetum faciebat . Alia
insuper hostium manus portam quæ est ad
summum Ianiculi,expugnare nitebatur.
Ita quatuor simul locis Roma oppugnaba-

tur. Ad Pincianam & Salariam portam Bellisarius tuebatur: ad Prænestinā autem præcerat Bessas: ad Aureliam & Ianiculi portam aliī defendebant. Sed hi qui ad Ianiculum pugnabant Gothi, facile repellebātur. Sunt enim loca ardua & saltuosa, ut difficile sit mœnia adire etiam nullo repugnante. Hūc autem locum Paulo Bellisarii præfecto cū valida manu militum defendantē, conatus hostium in irritum decidere. Ad Aureliam vero portam maius periculum fuit. nam viā erat porticu contexta, per quem ad templū beati Petri apostoli vadēbatur. Sub ea igitur porticu latentes Gothi, cum tempus rei gerendæ visum est, egressi ex insidiis repete ad molem Hadriani inuadendā conuolarunt: scalisq; admotis primum ambitū qui figura quadrata molem cingit, repentino impec- tu ceperūt. Hæc moles, imperatoris Hadriani sepulchrum fuit, eximio ac magnificientissimo opere confectum. primus aditus quadrati figuram habet: constat vero totus ex marmore patio, summa artificum diligentia exædificatus. In medio vero huius quadrati rotunda moles insurgit, excelsa quidem altitudine, latitudine vero tanta, ut in supra eius parte area sit cuius diameter

44 DE BELLO GOTHORVM

vix iactu lapidis transfigatur. Habet vero pontē super Tiberim amnē; qui ab ipsa mole ad aliam ripam extenditur. Hoc adificiū licet extra vrbē foret(nā vrbs quidē ad Tiberim finitur, hoc autē vltra Tiberim est) tamē quia pontē habet ad mœnia vſq; per tingētē, & erat veluti arx & propugnaculū quoddā, Bellisarius militibus suis occupan- dū custodiendūq; prouiderat, eiusq; rei curā Cōstantino mādauerat. Cōstantinus igitur cū paulo ante vidisset hostes ratibus in Tiberim missis ad eā vrbis partē oppugnandā accedere, qux̄ est inter Martium campū & Aureliam portam, veritus humilitatē murorum(nam erant in his locis mœnia iuxta flumen non satis munita) cum manu militū ex Hadriani mole eo accurrerat : nec satis multos in præsidio molis reliquerat. Gothi ergo, vt diximus, propter absentiam præfec- eti, capto inferiori ambitu mole ipsam ex- pugnare nitebantur. Milites autem de su- periori parte repugnantes, quo magis repel- larent hostes, rem nefariam effecerunt. Erāt in summa parte molis vndequaq; perma- gnæ statuæ hominum, equorum, quadriga- rum, excellenti artificum opere confectæ. has partim integras milites demoliti, in ho-

Aes præcipitanterunt : partim confractas in hostes deiecerunt. Ita præclara artificū opera, ac multorum annorū labores, maximaq; eius sepulchri ornamenta militū siue rusticitas siue malignitas paucis horis absumpsi. Inter hæc Cōstantinus repulsis a flumine hostibus, audito molis periculo, per pōtem succurrit additq; suis animos: atq; ipse ab inferiori parte hostes inuadit. Per hunc modum seruata tandem moles est , atq; hostes repulsi. Ad Prænestinam quoq; portam, vbi Vitigis rex, & qui cum illo venerant Gothi pugnabant, ingens periculū fuit. erat emī nō procul ab ea porta locus quē viuarium appellabant. Is locus mœnia habebat duplia aliquo spatio: inter bina mœnia planissimum erat: mœnia vero ipsa non satis munita. Vitigis igitur & Gothi prima aggressi mœnia, et si egregie repugnabatur, tamen ea peruerterunt. Bellas vero præfectus diffidens se aduersus tantam Gothorum vim resistere posse, Bellisario propere significauit , quanto in periculo res foret : vtque maturaret opem ferre , admonuit . Eo nuncio permotus Bellisarius , reliquo ad Salariam portam præsidio , ipse cum lecta manu militum

per urbem discurrens ad viuarium usq; peruenit. Aduétu suo redintegrata pugna, crescent militibus animi ob præsentiam ducis: ipse etiam cum suis in prælium descendit. Gothi murum ab inferiori parte perfregerunt: ac magna vis eorum ingressa inter binā mœnia versabatur: pugnaq; in eo loco accerrima erat. Tandem vero cum exitum habuit pugna, ut Gothi per eum ipsum locum quo ingressi fuerant, cum magna suorū strage euadere cogerentur. Postq; vero egressi sunt, in eos perturbatos Bellisarius immisit milites: qui longe illos submouerunt: eoruq; machinas omnes incenderunt. Idē quoq; ad Salariam portam accidit. Milites enim eruptione facta turres & machinas cremauerunt. Per hunc modum eodem die & oppugnata plurib⁹ locis & defensa vrbis fuit. Ceciderunt autem his præliis Gothorum ad tria milia: obsidio tamen durabat. Romani vero etsi Bellisarii virtutem admirabantur, tamē querela aduersus illum erat, q; contra tantas Gothorum vires exiguis ipse copiis concitato bello Romam in præsentes difficultates coniecisset. Quod sentiens Bellisarius (neq; enim erat obscurum) etsi alias hæc eadem Iustiniano significauerat, tamen

tunc maiorem in modū commotus, vche-
mentius scripsit, ostendens obsidionem vr-
bis Romæ, ac multitudinē hostiū, & pauci-
tatem suorū. sc enim in Sicilia ex eo quem
duxerat exercitu, Panormi & Syracusis præ-
sidia militū reliquiss: Neapoli vero & Cu-
mis & in aliis per Italiā opidis a se receptis,
quot necessariū fuerit pro illorū tutela mili-
tes posuisse: sibi tantūmodo ad quinq; mi-
lia militum restare: obsideri vero a Gothis
ducentorū miliū exercitu. Romanos autē
horum periculorū insuetos, haudquaq; ob-
sidionem toleraturos: quantum vero ad sc
attinet, semel vitam suam Imperatori Iusti-
niano deuouisse, nec sua referre, tarde an ci-
to intereat. Ceterum videndum esse quid ea
res honoris vel infamiæ imperio Romano
sit allatura. His literis Iustinianus acceptis
valde commotus est, ac statim copias qual-
dam jā paratas nauigare in Italiam iussit: &
maiores alias parare constituit. Præcrāt au-
tem his copiis quas iam parauerat, Valeria-
nus & Martinus: eaq; hyeme per Aetoliā &
Acarnaniā hyemarāt. Romanos hæc signi-
ficata in spē cōtinuere, aduentū eorū primo
quoq; tempore expectātes. Dū hæc Romæ
getūtur, Almarius & Vligisarius Gothorū

50 DE BELLO GOTHORVM

duces quos in Dalmatiā Vitigis cū exercitu miserat, classemq; insuper illis dederat: cōiunctis sibi maximis barbarorū copiis, Sa-
lōnas mari terraq; obsederunt. Constantinus em̄ impar tantis hostiū copiis, munita
prius affatim vrbe, obsidionē tolerabat: nō-
nunquā etiā vrbe egressus, maxima Gothis
damna mari terraq; inferebat. Roma inter
hēc obsideri duri⁹ cœpit. Vitigis em̄ quoni-
am expugnatio prius tētata turpiter ei suc-
cesserat, inquietior inde factus, cūcta rimari
ac perscrutari nō destitit, quib⁹ obsessos quā
maxime affligeret. Port⁹ erat iuxta mare a
dextra Tiberis fluuii ripa: superq; eo vrbs
valido muto cincta. eo in loco naues cūcta
q; mari ferūtur, deponebāt: inde rursus terra
vel fluuio Romā portabātur. Vitigis igitur
magnis suorum copiis repēte & inopinato
missis vrbe portuēsem cepit, opidanis cōtra
subitā Gothorū vim nequaquā satis ad resi-
stendū paratis. Ex huius occupatione vrbis
magnæ cōfestim difficultates Romæ creue-
runt, frumenti ac cæterarū rerum quæ usui
sunt, importādi facultate sublata. Nā Goths
quidē præsidio militum ibi relicto, opidum
& fauces Tiberis custodiebant: nec impor-
tari quicq; patiebātur. Nec multo post Viti-

gis Ráuenná misit persecutores, qui ciues Romanos ónes quos obsides eū duxisse supra ostédimus, interficeré. Erát vero in hiis multi ex nobilitate, multi etiā ex plebe præstátes viri: qui oēs interfecti sunt, præter patrós qui re priuscognita aufugerút, in quoru numero fuerút Ceruétinus & Reparat⁹, Vigili⁹ qui postea papa fuit, germanus. hi em̄ te præcognita in Galliá fugientes, mortem vitauerunt: ceteri vero periclerunt. In hoc Romani populi dolore ob ciues Rauennæ interfectos, alius superuenit dolor. Bellisarius cum defectū annonæ timeret, Romanis ciuib⁹ edixit, vt filios & vxores, & omnem inutilē bello turbam Neapolim mitterent. Idē milites quoq; suos facere coegit, quibus vel scorta vel mancipia Romæ forent. Viæ autē abeundi per id tēpus duæ supererant: una Hostiensis iuxta sinistrā Tibetis tipā vadentibus alia mediterranea regione, per ea loca quæ a castris hostium erāt maxime diuersa. neq; enim totā vrbē ab initio cinxerat Goths, vt diximus, sed ab Aurelia portā ad Prænestinā obsidebāt: per alia vero loca nō temere neq; s̄pē vagabantur. nam & damna incurribant, si longius a castris suis progreSSI forent: & sine magno copiarum

DE BELLO GOTHORVM

apparatu discursare non poterant . Ex quo
fiebat, vt via Appia & Hostiensi per id tem-
pus tutò vaderetur. Romani igitur vxores
& filios & imbellē multitudinē emiserunt.
Pars corū in Campania, pars Neapolī, pars
in Sicilia, prout cuiq; cōmodius fuit , cōstī-
tere. Romæ autē annona iussu Bellisarii di-
ligentissime per singula capita distribueba-
tur. Per hæc tēpora Liberius papa in exili-
um actus est a Bellisario suspicione coorta
cum Gothis cum sentire : nec multo post
successor in pōtificatu ei datus est Vigilius
papa. Alii quoq; ex nobilitate Romana in
exiliū acti ob easdē suspiciones: quorum
c numero fuit Maxim⁹, cuius proauus post
Valétiniani morte imperiū arripuerat. In-
ter hæc Martinus & Valerianus, quos a Iu-
stiniano missos supra diximus, Romam ve-
nerunt, habentes equites ad mille sexcétos.
erant vero hi magna ex parte Hunni. adue-
tu horum equitū recreatus Bellisarius , alia
ratione quā prius bellum gerere constituit.
non enim stās intra mœnia vrbē tuebatur,
sed per singulos dies emisso equitatu, subitis
incursionibus hostes vexabat. Ex quo factū
est vt mirificū hincinde accenderetur cer-
tamen, & in omnem experientiam venire-

tur. Bellisarius enim ipse scientissimus præ-
liandi dux, equites qua ratione agendū fo-
ret, commonebat: loca monstrabat quo usq;
p̄gredi & vbi cōsistere oporteret. Et modo
per Salariā Pincianāq; portā subito emissis
equitibus, proxima Gothorū castra fatiga-
bat: modo per Aureliā portā alia Gothorū
castra quæ erant inter sepulchrū Hadriani
& Miluiū pontem, infestabat. His certami-
nibus Bellisarii equites præualere cœperūt:
non q̄ totum equitatū hostium ferrent, sed
q̄ parē vel ampliorē numerū superare vide-
bantur, peritiaq; bellādi & audacia anteire.
In hūc modū exercitatis equitib⁹, & iā cō-
tēnere hostē assuetis, cū spes atq; animi ob-
sessorū creuissent, eo deuentū est, vt nō leui-
bus iam certaminib⁹, sed iusta acie decer-
neretur. Bellisari⁹ emī crebra præfectorū ac
militū adhortatione fatigatus, experiri tan-
dem maiore pugna decreuit, copiasq; suas
in hunc modū disposuit. Primo aciē vnam
per Aureliā portam exire, & ante sepulchrū
Hadriani ad hostes versam stare iussit. prafe-
cit autem huic aciei Valentīnum equitum
præfектū: eiq; supra equitatū pedites quoq;
attribuit ex veteranis militibus, & ex popu-
lo Romano, qui voluntarie id muneris sibi

poposcerunt: hos vero pedites non vna cū equitibus stare, sed siniitros montes qui a Ianiculo discurrentes planicie supereminēt, occupare mandauit. Valentino autē præcepit, vt quā maximā expectationē inuadēdi hostē præberet: ceterū pugnā nō iniret nisi lassitus fuerit. Volebat enim illā Gothorum partē quā in his locis castra fecerat, tādiu modo detineri nē prælio quod Salatia via cōmittere decreuerat, donec auxiliū suis ferre posset. Duas subinde alias struxit acries, vnam ad Salariā portam, alterā ad Pinianam. In fronte equites, pedites in subsidiis utriusq; collocauit: atq; ita sua quanq; porta exire, & ad hostē progredi iussit. Vitigis Gothorum rex cum ex transfuga postridic futurum prælium cognouisset, Gothos prima luce armari fecerat: in struenda acrie pedites medios, a dextra vero & a sinistra equites quasi alas disposuit. Ita Bellisario obuiam progressus, prælium commisit. Milites igitur ab vtraq; parte statim acriter concurrunt: duces vero post eos stantes, hinc Bellisarius, illinc Vitigis, suos adhortabantur. Et ab initio quidem pugnæ Bellisarii milites longe præualebant, multiq; cædebant ex Gothorum acrie, & pugnabatur.

sub ipsis hostium castris: multitudine ta-
men abundantes Gothi, in cadentium lo-
cum alios submittebant. In hunc modum
ad meridiem usq; pugnatū est, neutra par-
te superante: alacrius tamen Bellisarii mi-
lites dimicabant, Gothi solum patientia
consistebant. Inter hæc, quæ ad sepulchrum
Hadriani stabat acies, prælium commisit.
multitudo enim populi Romani ex colli-
bus descendere in Gothos cœperat: & Valé-
tinus implicatos suos prælio cernens, acie
cui præcerat, a sepulchro Hadriani cōmouit,
atq; hostes inuasit: nec diu tulerunt Gothi,
præsertim multitudine illa populi, quæ de
superioribus locis descendebat, conterriti:
nec in eorum castra se recipere valentes ló-
gijus aufugerunt. Romanorum autem mul-
titudo, quæ de montibus descendisse supra
diximus, statim ad castra hostium diripiendā
cōtendit: quo factō nec ipsi persecuti sunt
hostes: nec milites persequi dimiscrūt. rapi-
nam enim ab eis fieri cernentes milites, ne
explices prædæ forent, omissa persecutio-
ne hostium, ad castra diripienda ipsi quoq;
conuersi sunt. Ita Gothi de manibus emissi,
cum nemo persequeretur, in móribus pro-
ximis consisterunt, inde castra sua agi fer-

riq; cernentes, cum neq; ordinē neq; disciplinam vllā in hostibus viderent, sele tandem cohortati, iūrsus hostes inuaserūt, eosq; impeditos ac rapinæ intentos perfacile superrarunt: castraq; & prædam illis abstulerunt. Ad castra quoq; regia per hoc ipsum tēpus fortuna mutari cœpit. peditatus enim permultus ex Gothorū proximis castris equitibus Bellisarii obiectus, cum quasi testudine scutorum facta a fronte premeret, coegerit tandem eos aliquāto pedē referre: quod cum viderent equites hostiū dextræ alæ, im petum maiorem facientes, Bellisarii equitatum ex transuerso inuasere: nec longe tulierunt impetum equites Bellisarii: sed terga ad extremum dantes, ad peditum suorum aciem se receperunt: nec ea quidem sustinuit vim Gothorum, sed magna suorum cæde in fugam vertitur. In hoc tamen loco duorum cēturionū virtus plurimū eluxit: Principio & Tarūti nomina illis fuerunt: qui in fuga cæterorū locū suū nō deserētes, impetum Gothorū diu sustinuerunt: spatiūq; derunt suis sc̄ in vrbē recipiēdi, donec Principius toto corpore vulnerato pugnans cecidit: & circa eū cōmilitonū suorū quadragintaduo. Tarūtes autē pari virtute prædit⁹

cū sanguis permultus ex vulneribus manas
set, viresq; deficerēt: a fratre ex prælio vi re-
tractus, & ad Pincianam vsque portam re-
ductus, ibi corruit. Post hæc milites effu-
so cursu ad urbem refugerunt. Stantes vero
in mœnibus Romani clauerūt portas, ve-
riti ne hostes simul urbem intrarent. Itaque
non parua militum pars exclusa est: qui ag-
gerem transgressi, terga ad mœnia, faciem
ad hostes conuersi stabant, vnicam haben-
tes salutis viam, ut telis missis a mœnibus
defenderētur. nam tela plerisq; deerāt, qui
bus tueri se possent: omnib; vel in fuga ab-
iectis, vel in prælio confractis. sed qui pro
mœniibus stabant, eos lapidibus tutati sunt.
Pugna hæc ad castra Gothorum ab initio
cœpta, postremo ad portas ac urbis mœnia
desuit. Ceciderunt autem ex Bellisarii mili-
tibus permulti, ac maxime virtute præstan-
tes. Post hoc præliū Bellisarius aliquot dies
pugna abstintuit, mœnia solum tueri conté-
tus: tandem vero confirmatis militum ani-
mis, rursus educere illos cœpit: non tamen
totis pugnare copiis amplius ausus est. leuia
tantum prælia, ut prius consueuerat, facere
perseverauit. Et fuerunt nonnulla valde in-
signia, præscriptim aduersus illa Gothorū ca-

stra quæ erant citra Milium pontem, ad Auresiam portam conuersa. est enim ibi planities equestribus præliis valde apta: inq; ca planicie theatrum est ad ludos gladiatoriæ vetustis temporibus ædificatū. Circa id theatru maxima certamina fuerunt facta: q; aut Bellisarii milites id theatrum occupabant, & quasi castris illo vtebātur: vel Gothi præuenientes insidias in eo ponebant. Quin & ad portam Salariam & ad Pincianā per singulos ferme dies leuia prælia cōmittebātur. Gothis igitur obsidionem in longū trahi cernētibus, vnicā per uincendi spes reliqua videbatur, si fame Roma premeretur. Licet enim portus Romanis ablat⁹ magnas difficultates visus esset afferre, tamē ut est hominū industria præsertim in indigētia solers, onerariæ naues quæ portū solebant petere, Antiū petebāt: ibiq; expositū frumentū & alia necessaria pedestri itinere Romā defrebātur. Volentes igitur Gothi cōmoditatē quoq; istā Romanis auferre, octaua circa urbē castra posuerūt inter Latinā & Appiā viā. Sūt enim in his locis aquæductus duo altis fornicibus, qui se intersecātes, quasi in duo brachia scindūtur: reliquoq; in medio aliquāto spatii, itcrū coēt. distat autē ab urbe hic

locus milia passuum circiter quinq; Huc igitur mediū locū occupātes Gothi, murū inter columnas arcuū vndequaq; fecerūt ex lapidibus & luto: castraq; per hūc modum munitissima habuerunt: posueruntq; in his castris septem milia equitum: qui supra infraq; infestates Latinam & Appiam & Hostensem viam impeditabat, omnem importandi facultatem præcidētes. Ex hoc admodum durior obſessorum conditio reddebat, & fames haud dubia imminebat. Quandiu tamen segetes in agris fuere, milites nostri Roma egressi frumenta impoīabant, ac magno pretio ciuibus vendebat: atq; ita indigentia sustētabatur. Vbi vero hæc quoque facultas defuit, tūc desperata omnia videbantur. Iam solitium venerat astrium, & pestis Romæ graſſari cooperat: frequentes que moriebantur nō ē plebe modo Romana, verum etiam ex Bellisarii militibus. Res erant in summis difficultatibus atq; angustiis. Itaq; ad Bellisarium venientes Romanī, fortunam suam conquesti sunt, q; fidem imperatoris ſecuti, in præſentes inciderint calamitates. Suos enim cīues miserabiliter imperfectos Ravennæ fuisse ab hostibus, vrbē a Barbaris ignominioſe obſcissam, extra

• DE BELLO GOTHORVM

mœnia vastata omnia atq; cōsumpta: intus
vero fame, peste, ac omniū rerum penuria
intolerabiliter premi , rogare Bellisarium
vt se in hostem educat:præstare enim sibi ar-
matis mori, q̄ fame tabescere, ac tantas cala-
mitates dedecoraq; perfette. Bellisari⁹ hæc
audiens, non satis clementer illis respondit:
eos quidem temere inconsulteq; defterri in-
quit:quod ea sit natura populorum, vt im-
petu magis quām ratione moueantur:se cō-
filio ac ratione,non impetu animi regi cō-
fueisse : expeſtare ab imperatore copias:
quibus adiunctis, si pugnandum fuerit, cer-
tam suis victoriam polliceri valeat: easdem
illas copias infinitā quandam vim frumen-
ti secum afferre:proinde abirent,ac sibi cu-
ram belli relinquerent. Romanis per hunc
modū vel consolatis,vel deterritis,ipſe ani-
mum in eam cogitationem voluere cœpit,
quemadmodū Gothis difficultates rei fru-
mentariae quamplurimas inferret. Eius rei
gratia hæc prouidit.Cōstantinum & Traia-
num cū equitibus mille Tarracinam, Mar-
tinum & Seutem cum quingentis Tibur
misit; aliam item manum equitum apud Al-
bam collocauit: hisq; omnibus præcepit, vt
quām maxime possent, commicatus impe-

dirent ad Gothorum castra deferri, & simul
adiuwarent Romam petere volétes. Ne ve-
ro castra ad aquæductus posita nocerent,
præsidium apud templū Pauli apostoli cō-
muniri fecit, equitesq; in eo loco stationes
habere iussit: & quām late possent vias a Go-
thorum incursionibus tueri. Est autem ec-
clesia beati Pauli via Hostiēsi, diuersa pro-
tinus regione ab ecclesia beati Petri: vtrāq;
extra urbem, vtrāq; porticum habēs a por-
ta urbis ad ecclesiam ipsam. Hæc duo apo-
stolorū templo Gotti in tota illa obsidione
nunquam violauerunt: sacerdotes vt prius
libere in illis permanentes rem diuinā exe-
quebantur. Cōstantinus igitur & Traianus
Tarracinam profecti, cum ibi Neapolim
profecturam Bellisarii vxorem Antoninā
reliquissent, ipsi retroconuersi opida illarū
partium quæ Gothis dabāt subsidia, perua-
serunt: breuique effecerunt, vt nihil penitus
ex locis illis ad Gothos deferretur. Marti-
nus vero & Scutis Tibur profecti, cum dis-
iecta eius opidi mœnia refecissent, quotidia
nas Gothis molestias ex eo loco inferebāt:
& commeatū deferri in castra prohibebāt.
Idem fiebat ab his qui Albam missi sunt. Ex
quo breui admōdū tempore euenit, vt Go-

62 DE BELLO GOTHORVM

thi obsidentes non minoribus difficultatibus afficcrentur, q̄ obſessi: & ſuper defecatum frumenti, peſtilentia quoq; caſtra Gothorū peruaſcrat. Inter hæc alia copiæ a Iuſtiniano miſſæ in Italiam péruerunt. fuerūt autem equites Thraces octingenti: quos ducebat Ioannes Vitaliani fratriſ filius: ex delectis autē equites mille trecēti: quibus præerāt Alexáder & Maxentius & Zeno: præterea claſſe aduecta fuerant peditū tria milia, quos duceabant Paulus & Conon. Erant præterea Neapoli pedites quingenti quos parauerat Procopi⁹ Cæſariensis. Hæ omnes ſimul copiæ in vnu conueniētes, Romā perteſe cōſtituerant. afferebant vero ſecū multum ac magnum cōmeatū. Iter equitū erat iuxta mare: claſſis autē pedites deferebat: in eadem claſſe magna viſ frumenti: per terrā quoq; magnō vehiculorū numero frumentum portabatur. Bellisarius autē ſentiēs eorum aduentū, ac metuēs ne Goths eos inuidāt, hæc machinatur: Portæ Flaminiaz quā ab initio obſidionis obſtrui ſeſcerat, demoliſi impedimenta per noctem iuſſit, ac milites prima luce ad eā portā iuſtructos paratosq; cōtinuit. Traianū vero & Diogenem cum mille equitibus per Pincianā portā emiſit,

iubēs vt ad castra hostium magno tumultū
discurrant: & vbi egressi in eos fuerint ho-
stes, fugā ipsi arripiant: nec prius consistant,
q̄ ad portam ipsam vnde egressi fuerāt, per-
uenissent. Hęc facta cum essent, Gothi q̄ in
eos exciti, fugientes persecuti fuissent, & ad
Pinciani portā præliū committeretur, Bel-
lisarius cū reliquo exercitu repete Flaminia
porta egressus ad castra Gothorū cōuolauit
imparata, quæ & vacua ab ea parte reperit:
vt pote qui a porta Flaminia iādiu obstructa
nihil penitus suspicabātur. Itaq; non multū
abfuit, quin castra ipsa caperētur. Versus de-
inde Bellisari⁹ ad Pincianā portā, mediosq;
nactus hostes, cū ipse a tergo inuasisset, illi
vero qui prius fugerāt, a fronte repugnarēt:
incredibili cæde illos oppressit: tantusq; fuit
ex hoc prælio apud hostes terror, vt in eorū
castris vigiliæ duplicarentur: nec de vlla re
cogitarent magis, q̄ vt se ab insidiis Bellisa-
rii tutos præstarēt. Per hūc modū impeditis
& cōterritis hostib⁹, copiæ nullo impedimē-
to Hostiā peruerterūt. Gothi igitur multis
incōmodis fatigati, cū insuper nouas venisse
Bellisario copias intellexissent, de dissoluē-
di obsidione cogitare cœperunt. Iam cum
multitudo ingēs in corum castris vel peſte,

vel ferro absunta perierat, multi etiam morbo aut vulneribus debilitati descruerat castra. Itaque Vitigis legatione Romam missa, cum multa hincinde dicta responsaque fuissent de iustitia causa, tandem ad Iustinianum imperatorem controversias deferri consensit, ut ex eius authoritate res componeretur: legatique ob hoc missi, ac trium medium inducere, donec redirent, factae obsidesque hincinde traditi pro induciis ex fide seruadis. His confectis copiae & comeatus qui Hostiae concuerant, terra & fluvio Romam deuenierunt,

Leonardi Aretini de bello Gothorum libri primi finis.

L I B E R I I .



V M in hoc statu res essent, & bellum cessaret ob inducias factas, Bellisarius tamquam Romanum, Gothi castra munitionesque custodirent: querelae & altercationes ortae sunt pro induciis contra fidem violatis ex huiusmodi causa. Praesidium Gothorum erat apud urbem Portuensem, ut

supra ostendimus. Milites qui erant in præsidio, cum deficeret sibi necessaria ad viëtū, urbem illam deseruerunt: desertā vero Paulus Isaurorū præfectus qui Hostiæ cū classe remanserat, occupauit. Nec multo post Cetumcellas vrbē maritimā in Tuscis deseratas eodem modo a Gothis Bellisarii milites suscepérunt. Albam quoq; urbem quæ est in Marlis, eodem modo deseruerunt Goths, & Bellisarii milites occuparunt. Vitigis cum has vrbes captas ab hostib; cognouisset, oratores Romam misit, qui ruptas cōtra fidem inducias quereretur. Portum enim ac Cetumcellas & Albam Gothorum oppida contra fas & æquū ablata fuisse: nec deseruit se Gothos eas vrbes, sed vocatu suo venisse ad se qui erant in præsidiis, mox in eadē oppida reuersuros: liberiusq; id fiducia induciarum factū esse a Gothis. Nec licuisse Bellisario eas vrbes per inducias capere. Itaque restitutionem facere debere. His legatis Bellisarius in hunc modum respondit. Redite, inquit, ad regem vestrum: ciq; dicite, quæ de vocatu redituq; præsidiorum allegātur, ab eo cōponi: cæterū omnibus patere, quibus de causis Gothi eas vrbes pro derelictis habuerunt: induciis quidem eripere auferre.

“ DE BELLO GOTHORVM

vetari. Occupare vero quæ a nullo possidē-
tur, nequaquam prohiberi. Ex hoc suspicio-
nes insurrexerunt quærentibus Gothis pa-
ria Bellisario referre. Atenim tres illæ vr-
bes a Bellisario susceptæ permagnas sibi op-
portunitates ad bellum afferebant. Iam ad-
uentabat hyems. Bellisarius vero copiis abū
dans mittere in hyberna equites cōstituit.
Misit igitur & in alia loca, & in agrū Pice-
num equitum duo milia. Præfecit autē his
copiis quas in Picentes misit, Ioannē Vita-
liani: eūq; admonuit quid fieri in his locis
velit: esse quidem in Picētibus vxores ac fi-
lios Gothorum: viros autem ad obsidionē
vrbis Romæ populariter accessisse. Si ma-
neant inducī, nihil moueat. & si Gothi cō-
tra induciarū fidē moliātur, ipsum omnia
prædari & rapere, & oppida quam multa po-
test capere mandauit. Si quod oppidū repu-
gnet, id obsidere iussit: nec vltterius progre-
di prius q̄ id ceperit. Neque enim tutū forc
poit se hostium oppida relinquente vltterius
proficiſci. His verbis ac mādatis Bellisarius
Ioānem in Picentes cū exercitu misit. Per
hoc ipsum tempus Daciūs Mediolanensis
pr̄f̄sul, & cum eo ciues aliqui Mediolanēſes
ad Bellisariū vcnientes, vrbē Mediolanū in-

potestatem imperatoris fore dixerunt si vel
 modicum praesidiū eo mittat. Siquidē potē
 tes esse nō Mediolano solū, sed vniuersa ex
 Gallia Cisalpina Gothos expellere, modo
 imperatorii nominis auctoritas adsit. Hōs
 Bellisarius benigne suscepitos, ac multis am
 plissimisq; verbis cōmēdatos, bonam spem
 habere iussit: ac se, cum tēpus fuerit, factū
 quod postulet affirmauit. Eodē tempore cū
 prospēra ac lēta viderētur esse omnia, pēri
 culū superuenit horrendū: quod paruo mo
 mento cūcta pene subuertit. Præsidius erat
 quidā ciuis Ro. is cū Rauennæ habitare cō
 suesset, ab initio hui⁹ belli clā inde aufuge
 rat: Romāq; proficisciēbatur. In itinere autē
 Cōstātini milites Spoleti degētes gladium
 huic pretiosē ornatum abstulerunt. Is ergo
 spoliatus, & iniuriā indigne perpeſſus, que
 rela apud Bellisarium exposita, reddi ablata
 sibi postulauerat, Bellisariusq; præcepērat
 gladium illi restitui. Sed bello & obsidione
 postea vrgēte, dilata res fuerat, militibus oc
 cupatis, & ducē maiorum rerum cura abdu
 cēte. In hoc demū tempore cū latiora, vt di
 ximus, cūcta essent, Bellisario p vrbē equi
 tāte Præsidius frenū equi apprēhēdit: ac ma
 gna ac querula voce multis audiētibus, nū
 e ii

68 DE BELLO GOTHORVM

quid hoc mereatur ciuis Ro. qui apud ho-
 stes relictis omnibus rebus suis aufugerit,
 vt a militibus eius spolietur, & iniuria affi-
 ciatur, interrogabat. Se quidem contra in-
 iuriā & vim sibi illatam saepius querelam
 posuisse, nihil reportasse: cum tamen illi ipsi
 qui vim sibi attulerunt, & res habeant abla-
 tas in vrbe, atq; in oculis eius quotidie ver-
 sentur. Hæc dicta Bellisarium permouerūt.
J. O.
 Itaq; domum reuersus vocari ad se Constā-
 tinum fecit (eius enim milites erant qui gla-
 dium abstulerunt) ipsumq; præsentem acriter
 reprehendit, q; saepius iussum suum resti-
 tuendi gladii cōtempsisset. Ego vero, inquit
 Constantinus, potius illum gladium in Ti-
 berim abiiciam, q; illi nebuloni reddā. Hæc
 valde contumaciter & proterue. Tum Bel-
 lisarius, Nūquid tu mihi subes? Subsum, in-
 quid, postquā imperator ita vult. Verum in
 hac vna re nunquam tibi parcebo. Cum hæc
 audisset Bellisarius, magis irritatus est, ac vo-
 cari apparitores iussit. Constantinus autem
 putans in perniciem suam apparitores vo-
 cari, furibunde artepto pugione qui sibi ad
 coxam pēdebat, in Bellisarium ruit: cumq;
 paulo infra stomachū percussit. Quod nisi
 circumstantes subito accurrissent, ac vi ex-

torto pugione ipsum in manibus apparitorum tradidissent, supra dies illa Bellisario fuisset: ciusq; interitus cuncta simul secū in ruinam traxisset, Gothiq; eodem die rerum domini efficiebantur. Sed non permisit dei benignitas tanta mala cōtingere. Constantinus paulopost iubēte Bellisario interficitur. Nec multo postea Gothi furtim Romanam capere tentauerunt: primo per aqueductum quendam via noctu quæsita: deinde ratibus traiecto amne iuxta Martium campum. Sed vtroq; in loco eos fecellit spes. Nā & per aqueductum conspecta lumina fraudē illorum detexerūt: & obstructo aqueductu facultas eis præcisa est inuadendi, & ad campum Martiū detecta proditio conatū corum irritauit. Fuit autē proditio in hunc modum cōposita. Duo ex infima plebe homines iuxta templū beati Petri habitabāt. Id templum, vt ostendimus, Gothi nunquā violauerūt, sed ædificia cius, & homines in his habitantes veneratione apostoli illæsa scrubabant. hi ergo duo sermonem cum Vitige habuerunt de vrbe perdenda. Quærebatur vero facultas talis. Infra campū Martium quodā loco valde inutilia & pene neglecta crāt mœnia, confisis, vt puto, veteri-

70 DE BELLO GOTHORVM

bus munimento Tiberis. Vitigis igitur linters, & rates, & omnifariam nauigia ad pontem Milium parari fecerat, noctuq; latenter secundo amne dimissis ratibus militibusque impositis vrbem inuadere constituerat. Multitudine enim exercitus in exteriori ri pa existente perfacile fore sperabat, vt expofitis primis militibus, alii atque alii continuo iisdem ratibus transirent. Vigiles modo qui in eo loco stabant cogitationem suam impedire videbantur. Ad hoc quæfita duorum Romanorū ope, pecunia sibi illos cōci liarat: traditūq; eis soporiferū medicamentū vino admiscere iuſſerat, vt vigilibus potū darēt illi, & hausto potu sopirarentur. His in hunc modū compositis, alter eorum patitentia ductus, rem Bellisario patefecit: captoq; altro, medicamentū soporiferū quod sibi rex dederat, repertum est: ac tota rei series tormentis expressa. Huic igitur homini iussu Bellisarii nasus & auticulae amputatae ipse asino impositus per Pincianam portam ad castra Gothorum missus est, vt cognosceret Vitigis detectam esse fraudē, & conatum suum patefactum. His ita manifeste deprehensis, Bellisarius posthac seruandas sibi inducias nequaq; existimauit. Quare

ad Ioānem scripsit, vt rem exequeretur. Ille enim cum duobus equitum milibus agrum Picenum peruidens, uxores natōsque Gothorum cepit; prædisque & rapinis regionē totam inuoluit. Vglitheum vero Vitigidis patruum cum Gothorum copiis sibi obuiam profectū, prælio superauit: ipsūmque ducem cum magna parte copiarum occidit. ita viator factus omnia peruidebat. Capitis permultis agri Piceni oppidis, cū Axximo copias admouisset, cognouit id oppidum nō magno Gothorum præsidio custodiri, sed locum esse valde munitum. Itaque nequaquam terendum in eo obsidendo tempus existimans, ad vltiora processit. Idem quoque statuit de Vrbini obsidionē. Vrbs enim munita & valida longam obsidionem necessario postulabat: ipse in celeritate spem collocauerat: Fanum & Pisaurum cepit. Deinde Arimino copias admouuit, ductus illa spe, quod ciues Ariminenses non bne conuenire cum Gothis audierat. Cum ei municipio copias admouisset, tantum terrorē intulit Gothis, vt diffisi in eo loco consistere, Rauennam omnes de-migrarent: ciues autem portas sibi aper-tuerunt. Per hunc modum Ioannes Ari-

mínūm cepit, relictis post se duabus vali-
dis vrbibus a Gothis custoditis, Auximo
scilicet & Vrbino. Fuit hoc totū contra Bel-
lisarii præceptum. Sed ipse præstare censuit
Ariminum capere, q̄ circa Auximū & Vr-
binum inaniter desidere. Inductus est insu-
per illa ratione, quòd Arimino tā propin-
quo Rauennæ oppido capto, nō erat credē-
dū Gothos in obsidione vrbis Romæ per-
māsuros, sed celeriter esse abituros, quòd Ra-
uennam circūq; ea loca tuerentur. quod &
factū est. simul enim atq; intellexerunt Go-
thi Ariminum esse captū, obsidionem vi-
bis Romæ dissoluere, atq; inde abire statuc-
runt. Itaq; Vitigis paucis post diebus cre-
matis castris, cum omnibus Gothorum co-
piis abiuit. In ipso quoq; recessu magna de-
trimēta suscepit: propterea quòd media iā
exercitus parte trāsgressa pontē, Bellisarius
postremos a suis inuadi iussit: multisq; Go-
thorum interfectis, reliqui tāto tumultu &
festinatione pontē trāsire coacti sunt, vt ab
vtraq; spōda multi in flumen præcipitaren-
tur. Durauit autē hæc obsidio vrbis Romæ
anno integro, & dieb⁹ nouē, cū idibus fere
Martii incepisset. Post solutā Romæ obsi-
dionē, quæ ab vtrisq; facta ac p̄uisa fuerint

prosequemur. Vitigis em̄ licet Rauēnā ire
properaret, v̄rbes tamen Etruriæ & aliarum
prouinciarum continere in potestate stude-
bat: quam ob rem mille equites Clusiū, toti-
dem Vrbēueterē misit: Tuderti quingētos,
Auximi quatuor milia collocauit, Vrbī-
ni duo milia, Cesenæ quingentos, Mōtissfer-
rati totidem. Ipse cum reliquo exercitu ad
obsidēndū Ariminū profectus est. Bellisari,
autem post recessum Gothorum Martinū
& Ildigerem cum equitibus mille festinare
Ariminū iussit, indeq; Ioannem & equites
qui cum illo erant, abducere, pedites vero
ibi collocare. Id ea ratione faciebat, quod
optimum equitatum nolebat ab hostibus
circunsederi. Si enim peditū copiæ Arimi-
ni forent, vix putabat Gothos eam vrbem
obsidere velle. Et si obsiderent, facilius tole-
ratus obsidionem pedites quā equites ex-
istimabat, cum equos in obsidione nutritio
difficillimū sit: pedites autē ex Ancona, quæ
v̄rbs nuper in fidem venerat, mari Ariminū
deferri commodissime posse. Ildiger ergo
& Martinus celeriter profecti diuersis ab
hoste itinerib⁹ Ariminū peruenérūt. Nam
Gochi multitudine exercit⁹ facere tardius
iter compellebantur: hi expediti longe an-

cesserunt. Cum ergo Ariminū peruenissent, ac mentem iussumq; Bellisarii significassent, Ioánes neq; ipse parere voluit, neq; Damianū patruelem cum suis equitibus (ad quadringentos hi fuerunt) parere permisit. Quare Ildiger & Martinus Arimino abeūtes omnem equitatum quē Bellisarius Ioanni dederat, abduxerūt, relictis solummodo peditibns, & equitatu proprio Ioannis & Damiani. Inter hæc Vitigis veniēs Ariminū obsedit: primoq; statim tēpore ligneam turrim murorū altitudini parem fabricari fecit. Ducebant vero eam turrim non boues, vt Romæ factum erat, sed milites intra machinam inclusi. Eam igitur tunc Gothi contra illam muri partem ubi facilior erat aditus, constituerūt, postridie urbem expugnaturi. Joannes autē per noctem eductis militibus, fossam latam & profundam ab ea parte effecit, aggerēq; totum ad eam partē fossē quæ ad moenia versa erat, cōgessit. Ita longū hostiū labore vni⁹ noctis opere frustratus, facultatē admouēdi turrim ad moenia sustulit. Vitigis nihilomin⁹ cōplere fossam in animo habebat: totūq; exercitū parare fasces & stipulā & materiā iusserat. Ne vero turris ipsa nocte secutura ab hostibus

cremaretur, abducere illā retro versus castra statuit. Id cū ficeret Gothi, Ioānes edetis militib⁹ illos opere occupatus inuadit. Cōmittitur magnū & atrox prælium circa turrim. multi Gothorū cadunt. tandem post longū certamen turrim Gothi retraxerūt: sed tanta suorū cæde, tātoq; detrimēto optimi cuiusq; pugnatoris, vt spem abiiceret vi oppidū expugnādit, sed fame peruinere obſessos cogitarent. Per hæc ipla tempora Mediolanensibus legatis qui Romā venerāt, auxiliares copias Bellisarius concessit. Praefecit autē ónib⁹ copiis Mundilā vnū ex familiarib⁹ suis, virū in primis strenuū. Fuit etiā simul cū his copiis Fidelis Mediolanensis: quē domus regiæ præpositū fuisse diximus. Hi omnes ex vrbe Roma classe Genuam delati, inde pedestri itinere Mediolanum petiuerunt. Ne vero transitu Padi detinerentur, lembos vehiculis detulerunt, quibus transmittere amnem pōssent. Profecti igitur, vt diximus, cum tandem transmisso Pado ad vrbe Ticinum, quæ nūc Papia dicitur, peruenissent, Gothi ex eo oppido egressi illos inuaserunt. Quòd enim id oppidum arcem habebat munitissimam, multa ac pretiosa in ea Gothi ſe-

suerant: ac magno validoq; præsidio illam
tuebantur. Commisso itaq; leui prælio Go-
thi intra vrbem compelluntur: Mundilas
vero & copiæ per pontem qui iuxta vrbem
erat, transierūt. In hoc loco Fidelis Medio-
lanensis occiditur. Nam cum orandi causa
templum quoddam intrasset, & abeuntibus
suis ipse postremus templo exiret, equoq;
detrectate cecidisset: hostes qui pro mœni-
bus stabant, hæc cernentes, impetu facto illū
interfecerunt priusquā Mundilas & milites
id animaduerterent. Eius viri interitus ma-
gno dolori fuit & duci & militibus. Eratau-
tem vir domi nobilis & potens, & qui mul-
tum iuuare suscepsum bellum sua præsen-
tia potuisset. Mundilas igitur & alii Medio-
lanum profecti in vrbem recipiuntur. inde
Comū & Bergomum & Nouaria & aliæ il-
larum partium vrbes exemplum Mediola-
ni secutæ, Mundilam & milites sponte sua
recepérunt. Vitigis cum ea quæ Mediolani
acciderant cognouisset, Vraiam fratris fili-
um magno cum exercitu ad ea loca trans-
misit: qui & contineret in fide ciuitates quæ
nondum a Gothis defecerant, & illas quæ
iam defecissent, recuperare conaretur. Scri-
psit etiam ad Theudobertum Francorū re-

gem, qui cum eo fœdus nuper iccrat, petens
ut auxilia sua Viriax cōiungeret. Et res qui-
dem Galliax in hoc vel statu vel expēctatio-
ne erant. Bellisarius autem cum maturasce-
rent iam segetes, Roma egressus exercitum
in hostes duxit. Gothi vero qui Tuderti &
qui Clusii in præsidio relictī fuerāt, Bellisa-
rium aduersus se venire sentientes, quoniā
se se impares fore tantx dimicationi existi-
mabant, confessim missis legatis pactione
oppida dedidere. Inter hæc Vitigis alias in-
super copias Auximum misit. Eam nāq; vr-
bem retinere ac seruare penitus constitue-
rat. misit & cum his copiis nouū præfectū,
qui vrbi militibusq; præfesset, nomine Vac-
nium. Is ergo cū veteri præsidio nouas co-
pias miscuisset, Anconam finitimam vrbem
quæ Bellisarii præsidio tenebatur, experiri
constituit. Quare profectus cum omnibus
copiis in Anconitanos duxit. Ea ciuitas per
id tempus in monte solāmodo mœnia ha-
bebat: planiora vero sub montem loca quis
edificiis frequentata essent, tamen nullis
mœnibus cludebantur. Cum igitur aduen-
tarent Gothi, Conon qui præfectus militū
Anconæ præcerat, timens ne edificia subur-
bana habitatoresq; eorum ab hostibus va-

starentur, a superiori oppido descendens et omnibus quas habebat copiis vertienti hosti se obiecit. Erat vero Conon admodum impar: quippe aduersus quatuor Gothorū milia ipse vix mille habens milites congre diebatur. Itaq; temerarii cœpti confessim pœnas huit. Cum enim tantā multitudine hostium ferre non posset, profligatus ad extreム & in fugam versus magnā suorū partem amisit: & vires ipsa vix atq; anxie ea die seruata est. Nam cum fogerent milites effuso cursu ad oppidum, ciues, ne mixti fugientibus hostes intra mœnia penetrarent, portas trepidi clauserunt. Itaq; sub ipsis mœni bus magna strages est facta. Adeoq; vrgens periculum fuit, vt Conon ipse non aliter quam per funem de mœni bus dimissum in urbem receptus sit. Gothi vero scalis ad motis capere urbem conabantur. At hi igne coniecto ædificia omnia quæ sub ipsam urbem fuisse diximus, tremauerunt. Haud multo post hæc Anconæ gesta, Narses cum exercitu novo venisse in Italiam nūciatus est. Erat vero Narses eunuchus, multumq; gratia & potentia apud Iustinianū valebat. Deniq; unus hic imperatoris aulam plurimum gubernabat. Idem, quod maximum

est, pecuniarum imperialium receptor ac
dūpensator: idem consiliorum omniū par-
ticeps, & interdum auctor. Adduxit autem
in Italiā militum quinq; milia. Insignes
vero inter hos erāt Justinus Illyrici militis
dux, & alter Narses genere Persa. Secuti
præterea fuerant Erulorum duo milia, qui-
bus præterant Isandrus & Phauotheus. Bel-
lisarius inter hæc audito Anconitanorum
periculo, venerat in Picentes. idem fecerat
& Narses. Circa urbem simul duces ipsi &
exercitus in vnum conuenerunt. Ibi cum
dç communi bello cōsultarent, & quid po-
tissimum primo quoq; tempore agendum
foret quæreretur, difficultates quædi subef-
fe videbātur. Nā si Auximū obsiderent, Io-
annes & qui cum illo obfessi erāt Arimini,
manifesto in periculo relinquebantur, præ-
fertim cum necessaria illis defecissent. Sin
Ariminum vaderēt, magnæ Gothorum co-
piz quæ Auximi erant, post tergā remanie-
bant cum periculo exercitus, ac detrimen-
to prouinciæ. In dicendis autem senten-
tiis pleriq; eorum qui ordines ducebant, te-
meritatē Ioannis accusabant: q; contra
iussum Bellisarii se se Arimini inclusisset,
quod superbia & auaritia ductus cuncta pro-

arbitrio fecerit, nullo respectu ducis aut mādatorū. Id cum animaduertisset Narfes, veritus ne his rationibus Ioannes negligetur (erat enim sibi amicissimus) in hunc ferē modum sentētiā dixit. Cum de publica ō viri, vtilitate cōsulitur: est quidem (vt existimo) vtilitas ipsa per se inspicienda: nec aliis respectibus vel odii vel amoris pessundāda. Atq; ego remotis aliis cū rē de qua cōsultamus, attendo: hanc differentiam video mihi discernere: quod si obsidionē Auximi nunc differamus, nil tamen vetat post aliquot dies candem obsidionē assumere. Subuenire autem militib⁹ qui Ariminī obsidētur, si nunc differamus, non licebit postea subuētionem facere. fame enim domiti, intra paucos dies sese dedere hostibus compellētur. Quis igitur rectus existimator dubitet illuc esse properandum, vbi irreparabile periculum vrget? At non meretur Ioannes, quod mandatorum ducis contempitor fuit, & se sponte sua in id periculū conciecit. Sint hæc vera omnia quæ de Ioanne dicuntur: quid ergo: an odio Ioannis & vrbem Ariminū tanta existimatione digna, & optimos innocentissimosq; milites qui in ea obsidentur, amittere sustinebimus? c

autem quæso dux optime ac præstissime
 Bellisari, si a Ioanne offensus es, ne vindicta
 cius delicti aduersus imperatorem Iustinianum
 exercere velis, cui & Ariminum & mil-
 ites perirent cum magno reipublicæ vul-
 nere. De nobis deniq; ipsis & de exercitib;
 nostris quæ tandem existimatio erit, si in o-
 culis penè nostris perire socios, & vrbē ob-
 sessam capi ab hostibus, nobis sedentibus &
 spectantibus, permittamus? Ego igitur his
 rationibus permotus ducendum exercitū
 propere Ariminū, & opem obcessis ferendā
 cencio: postea vero & Auximum & alia ini-
 mica loca, si id videbitur, obsidendum. Ad-
 iuuabat Narsesis sententiam, q̄ literæ Io-
 annis ad Bellisarium scriptæ per hoc ipsum
 tempus venerunt: quibus fame cōfectos mi-
 lites pepigisse moram septem dierum si-
 gnificabatur, opemq; sibi propere ferri po-
 stulabat. Sententia Narsesis in consilio ap-
 probata, cum subuenire q̄primum statuis-
 sent, Bellisarius in hunc modum prouidit.
 primo Aratum cum militibus milie in illis
 ipsis locis remanere iussit: q; præcepit ne
 se cōmoueat, ne ve fortunā vllā tentet, ca-
 stra solummodo, si hostis adueniat, tucatur.
 Deinde classem ornauit, impluitq; militi-

bus, quibus Herodianū & Vliarium præfēcit, imperiū vero totius classis penes Ildigerem esse voluit: nauesq; statim Ariminū versus nauigare iussit. Partē vero exercitus Martino ducedam tradidit, iubēs ut æquis spatiis cū classe per littus iter facerent: cūq; in conspectum venissent hostiū, tunc ignes de industria plures in castris fieret, quo maiorum copiarū opinionem præberent. His itaq; per mare littusq; cōstitutis, ipse diuera sa a mari via per urbē Saluiā iter tenuit. ea fuit quodā vrbs magna satis, quā Alaric⁹ & Gothi qui primi in Italiā transiuerunt, ad solū eucrterant, ita ut præter tuinas nihil supetesset. Per hanc igitur transiens Bellisari⁹ montibus iter fecit, vitata planiori via quæ per Fanēsem Pisaurēsemq; agrū Ariminū ducit. Cū enim multo maiores hostium copiæ circa Ariminū essent, quā ipse habebat, validas etiā Gothorū copias Auximi relinqueret sibi post terga, censebat ingenio potius & astu esse vtendū aduersus Gothos, q*u*iusta acie dimicandū. Profectus igitur quibus diximus itinerib⁹, cū ad eos mótes peruenisset qui cōtra Ariminū insurgūt: quodā hostiū (vt par est in magno exercitu) per ca loca vagantes offendit, quibus vel int̄c:

fectis vel captis non in nullos eorum vulneribus
 facie caesos dimitti iussit. Illi vero in castra
 Gothorum redeuntes, Bellisarium adesse cum
 toto exercitu nunciarunt. ad fidem vero huius
 rei vulnera reces accepta ostendebant. Erat
 vero meridies cum haec in hostium castris
 nunciata sunt: statimque arma capere miles
 iussus, & in suos quisque ordines redactus. Du-
 ces vero struxerat acie descensum Bellisarii
 expectabat: oculos continuo ad motes unde
 venire dicebatur, conuersos tenetes. Bellis-
 sarius in motibus ipsis castra fecerat procul
 Ariminio meridici itinerem: nec ea die ad ho-
 stes descendit. Itaque Gothi frustra expectan-
 tes, tandem ad occasum solis aciem dissoluerunt.
 Sed cum aduenisset nocte, ignes permultos
 in littore diversa regione qua Bellisarii ve-
 nire nunciabantur, intuentes (etant autem ignes
 quos Martinus atque eius castra faciebant)
 maximo in metu ea nocte versati sunt, nec
 fuit eorum quisquam qui somnum caperet, vel
 armam exueret: die autem facta classem insuper
 conspicuit struetam ac paratam Ariminio pro-
 pinquantem. Itaque a duobus simul exerciti-
 bus & a classe mari terraque circumuentos se
 arbitrati, obsidionem illico dissoluerunt, ful-
 lo ordine Rauennam ex fuga repetentes.

Ildiger cū clāſſe primus Arimino applicu-
it, egressusq; in terrā caſtra Gothorum diri-
puit. Nec multo poſt Martinus & Bellisari-
us cum exercitibus ſuperuerterūt. Cum ve-
ro Ioannē & milites qui cū eo obſeffi fuerāt
pallore & inedia cōfectos Bellisarius cōspe-
xiffet, conuersus ad Ioannē, quaſi eius teme-
ritati illuderet, Per magnas, inquit, gratias
Ildigeri debes. Ad hæc Ioannes ſuperbe ni-
miū reſpondit, Se Ildigeri quidē nullas de-
bere gratias, ſed Narſeti omnes. oſtēdere vo-
lens nullā Bellisario curā fuiffe ſalutis ſuz
niſi Narſes cōpuliffet. Verba hæc Bellisari-
um turbarūt, & fuerunt diſſenſionis initiū.
Ioannes enim poſthac Bellisariū formidās
Narſeti adhæſit. Cæteri quoq; familiares
malis ſuasionibus Narſetem iritabant: nec
decere aiebant quæſtorem imperii, & ſecre-
torum omnium participem, ſecreta Belli-
ſarii ſequi, præſertim cum ipſe Narſes habe-
ret exercitū numero ac robore virorum
præſtantem lōge Bellisarii exercitui: debe-
re q; Narſetem recuperatæ Italiz gloriā ſi-
bi nō Bellisario vendicare. Hæc Narſetem
ita extulerūt, ut ſeotſum caſtra ſua faceret,
ac nihil ex hiſ ſequi vellet quæ Bellisario
videbātur: ac ſua per ſe cœpta confiliaq; de-

bello iniret. simul tamen ad obsidionē Vrbini profecti sunt, non tamen eisdē castris: sed Bellisarius contra eam partē vrbis quæ ad orientem spectat solem, Narses vero ad occidentē consedit. Cum vero expugnare vrbem Bellisarius statuisset, machinasq; pararet, Narses quasi rem vanam deridēs, post paucos dies q̄ eo venerat deserta obsidione, cū exercitu suo Ariminū rediit, Bellisariumq; & suos reliquit deteriori cōditione q̄ si ipse ab initio nō venisset. Hostes vero cernentes partem exercitus abire, fiduciam supra modū assumpserunt, nec iam eā partem quæ remanferat, formidabāt. Bellisarius contra eam portā qua planior ad vrbem est aditus, vineas agere incepérat, & omnino experiri expugnationē constituerat. Cū igitur se ad ista pararet, sœlicitate quadam accidit vt fons qui vnic⁹ Vrbini fuerat, spōte sua exaresceret. Qua re deterriti qui obsidebantur, pæctione inita vrbē dedidere, vt Gothi Vrbinatesq; ciues imperatori Iustiniāno subessent æquo iure cum aliis Italicis qui imperatori parebant. Vrbino recepto Bellisarius quoniam nondum Auximi tētanda obsidio videbatur, in Vrbeuctanos exercitum duxit. Eius quoq; vrbis difficulti-

ma expugnatio erat: quoniam in saxo vndiq; præciso constituta, nullum fere adim expugnantibus dabat. Sed spes erat in deftu frumenti. longo enim bello attrita Italia, ac multis exercitibus calcata, singula ciuitates frumenti penuria laborabant. Quæ etiam penuria Vrbsvetus ad extremū domita, in Bellisarii potestatem deuenit. Nasces cum Arimini esset, Ioannem Vitaliani cum exercitu misit ad oppidum Cesenam expugnandum. Ibi dum mœnia scalis aggreditur, repulsus multis vulneribus frequetes suorum amisit: & Phanotheus Erulorum dux in ea oppugnatione interiit: quā ob rem Cesena desistens Ioannes, ad forum Cornelii duxit, eamq; urbem dantibus se sc̄ incolis suscepit. Per idem tempus Mundilas, & qui cum illo Mediolani erant, maximis difficultatib⁹ inuolui cœperūt. Theudobertus enim Francorum rex ab Vitigide ut diximus, ex födere postulatus decem milia Burgundionum ad Vraiam miscerat, qui illa multitudine fretus, non procul Mediolano castra faciebat, & importationem frumenti cæteriq; cōmeatus omnē impeditabat. Mūdilas copias suas Comi & Bergomi & Nouariæ necessario dispartitus fuerat: ip-

se vero non magnum equitū numerū secū
habebat. sed nō erat in defensione vrbis dif-
ficultas. Mediolanēs enim ciues vnanimi-
ter ad defensionē concurrebāt: sed defectus
annonz in vrbē populosissima timebatur,
si barbari diutius stare in his locis sineren-
tur. Hęc igitur intelligēs Bellisarius, Mar-
tinum & Vliarium cū magnis copiis misit,
vt Mundilę coniuncti, barbaros summo-
uerent. Hi cū ad flumen Padi peruenissent,
quod distat Mediolano vnius diei iter, non
ausi transire flumē timore hostium, diu in
his locis desederunt, spem Mundilę & ob-
fessorum dietim frustrantes. polliciti enim
sele transituros esse Padum, & Mediolanū
accessuros, nihil promissorū exequebātur.
Obsessis vero in dies spes ac vietus deficie-
bat. Tandē vero post longam expectationē
Martinus & Vliarius veritatem fassī, Belli-
sario significarunt se solos contra tātas ho-
stium copias transire non posse, nisi velint
ad manifestam perniciem proficisci. daret
operam, si sibi videretur, vt Ioannes & Iu-
stinus qui exercitum non procul Bononia
haberent, secum iungerentur. Bellisarius
his auditis confestim Ioanni & Iustino
scribens præcepit vt copiis suis cū Martino

II DE BELLO GOTHORVM

coniunctis Mediolanum festinarent ad liberandum obsidione socios in extremo periculo constitutos. Illi autem nihil se facturos absq; Narsenis iussu responderunt. Rursum ad Narsensem Bellisarius de ea re scripsit. Qui quanquam concederet exercitum illuc proficisci, tamen quia Bellisarii fuerat cœptum, lente admodū & incuriosè quasi alienum negocium agebatur. Per hunc modū dilata res frustationem suscepit. At Mediolanum in dies acrius premebatur: & fame iam intolerabiliter laborabat: interq; spē & metum traducta ciuitas, eas pertulit difficultates & angustias, quæ vix hominibus perferendæ sunt. Tandem ad extremā necessitatem perdusti Mundilas & milites, ut incolumibus sibi abire liceat paciscuntur. Goths autem vrbē ingressi nulli ætati pepererunt. Trucidati passim ciues nō modo qui arma ferre possent, verū etiā senes & imberes: mulieres in seruitutē Burgudionib; traditæ: vrbis ad solū cuersa. Reparatus quidam Romanus ciuis in ea vrbē captus, minutatim a Gothis concisus, & canibus traditus est. Ita pulcherrima ac populosissima totius Italizæ vrbis ob discordiam Narsensis & Bellisarii ultimam cladem subiuit. Interfecta

fuit in illa vastitate Mediolanensium ciuiū supra. xxx. milia. Quæ cum audisset Bellisarius, in maximo luētu constitutus est: imperatoriq; Iustiniano scripsit rei totius initium & progressum. Iustinianus autem cum ista cognouisset, ægre pertulit: non tamē quenquam puniuit. Narsesem solūmodo ab Italia remocauit, auctoritatēq; totius belli pene Bellisarium esse iussit. Ex hoc Narses cū parte copiarum in Græciam abiit. Bellisarius autem cum omnibus reliquis copiis in Italia remansit: qui cum de bello gerēdo liberius iam cogitaret, quāquam omnis eius cura in Vitigim & Rauennam etat conuerſata: tamen duo prius oppida Gothis adimenta statuebat, q̄ aduersus Vitigim & Rauennam exercitum duceret. Erat vero hæc oppida Auximum & Fesulæ, ambo situ locorū munitissima, ambo validis Gothorum præfidiis custodita. Neq; enim Auximum post terga relinquere volebat, cū essent in ea vrbē supra tria milia delectorū militum permagna impedimenta sociis inferre valentiū. Neq; Fesulas, quoniam tenentibus eam urbem Gothis, nihil per Ethruriā fore quietum existimabat. Exercitu igitur trifariam partito, ipse cum vna copiarū parte ad obsi-

DE BELLO GOTHORVM

dionem Auximi proficisci statuit. Aliam vero partem cum Cypriano & Iustino prefectis Fesulas misit. Tertiam copiarū partem Martino & Ioanni Vitaliani ducendi commisit: iubens ut circa Padū cum his copiis castra faciat: Vraiamq; & copias eius in illis locis q̄ maxime fieri potest, distincente in Tuscos vel in Picentes ad dissoluēdas obsidiones venirent. Quod si continere illū ab aduentu nequitent, veniētem pone consequantur. Martinus igitur & Ioannes, cum ea quam diximus copiarum parte in Galliam profecti, Dertonam vrbem iuxta Padum sitam occuparunt: indeque Vraiam & Gothos infestare cœperunt. Cyprianus & Iustinus cum aliis copiis Fesulas adeuntes, quanquam difficillima eius vrbis erat obſedio propter naturā loci, asperitatēq; situsta men de superiori loco, qua planior est aditus, castris q̄ proxime admotis eam vrbē obſederunt. Bellisarius autem ipſe cum longe valida manu Auximum circunsedit. Vigis optimum quenq; Gothorum Auximi collocauerat: summaq; illi cura fuerat eius vrbis muniendæ: coniectans, id quod verisimilium erat, nūquam Bellisarium ad oppugnandum Rauennam esse profecturum, nisi

Auximū prius in potestate redegisset. Cū
situm naturamq; loci Bellisarius speculatus
esset, spcm omnē deposuit Auximū per vim
expugnādi. Sita est enim vrbs loco satis at-
duo: ac insuper manus egregia delectorū mi-
litū eam tuebatur, vel in cāpestri certamine
repugnare apta. Spes vero vnica supererat
fame ac inopia rerum domitādi, præsertim
cum multitudo ingens intra vrbem obside-
retur. Quare Bellisarius oppugnationem
omittēs, circa mótem vndiq; posuit castra,
intentus quāmaxime, ne quid importari ad
obsessos valeret. Cæterum ea circuitio ca-
strorum vt ad prohibendum importatio-
nem vtilis erat: ita inutilis cōtra subitas ho-
stium inuasionses. Nam qui obsidebantur,
contra quas libitum erat castrorum partes
de superiori loco repentinōs impetus facie-
bant. Cæteræ vero partes longe aberant:
nec opē ferre militibus facile poterāt. Ho-
stes igitur per hunc modum assidue castra
fatigabant: crebraq; ex eo prælia commit-
tebantur. Erat præterea non procul ab vrbe
locus quidam irriguus, in quo herba pluri-
ma oriebatur. Hic locus quasi campus fuit
quotidianorum certaminum: cum obseſſo-
res & obſeffi pabulationem ex eo quererēt:

& accēsis hincinde animis nonnunquā totis pene castris eo concurrentibus certaretur. In his præliis Bellisarii milites multitudine, Gothi situ præualebant: virtute pares vtrīq; habebantur. Hæc eadem certamina Fesulis erant. Nam & inuasionses frequētes, & quotidiana propè prælia inter obsidentes & obſeffos cōmittebantur. Et vnica ſpes obſidētibus erat, fame ac defeitu rerum necelſariarum obſeffos peruincere. Nam vi expugnandi vr̄bem munitissimā nulla erat ſpes. Quare vndequaq; circundantes oppidū stationibus militum opportunis locis dispositis, omnem importandi facultatem abstulerant. Cū hæc eſſet conditio belli, Auximūq; in Picentibus, Fesulz vero in Tuscis enixe obſiderentur: nouz protinus res circa Padū exoriuntur. Franci enim Theudoberto duce superatis Alpibus, per citeriorem Galliā ingenti multitudine descenderunt. Causa vero transitus eorum, vt poſtea cognitū eſt, illa fuit: quia cum viderent per citeriorem Galliam bellum geri, dolebat gens bellicofa ac pene immanis finitimatam ſibi regionē præmium eorum qui vicillent, futuram: ipſos vero ſpectatores otiosos ſedere: eos vicinos expectantes quos victoria præbuilſet.

Hæc transcundi Alpes causa fuit. Vraias per id tempus crebris a Vitigide literis euocatus Padum trâsliterat, Rauennam cum exercitu petiturus. Martinus autem & Ioánes a Bellisario nuper missi Vraiam præuenientes, castra nō procul ab eo fecerant: ut si qua possent, transitum prohiberent. Distabant vero eorū castra ab Vraix castris milia passuum circiter septem. Inter hæc Franci circum ea repente loca superuenerunt. Hos Vraias & Gothi propter fœdus nuper i<u> auxiliares sibi venisse arbitrabantur, vt superiori anno Mediolanensi bello fecerant. Erant vero Franci qui tunc cū Theudoberto Alpes transierant, ad octoginta hominū milia. horum perpauci equites erant circa ipsum ducē: cætera vero multitudo omnis pedestris. Arma vero ferabant, non pila, nō arcus, sed ad protegendum quidem corpus scutum & galeam: ad feriendum autem hostem gladium & securim bipēnem. In præliis autem maxime securibus vtebātur: quibus ex composito ferientes, scuta & galeas hostium perfringebant: vt nemo aduersus tantā vim resistere valeret. Hi ergo, vt amici Gothorum, Ticinū amnem apud oppidū Papiam ponte trâsgressi, magnas postea

Papiensibus intulerunt clades: ac immunitate quadam barbara filios uxoresq; Gothorum per agrum repertos occiderunt. Moxq; transmissio Pado, vbi castris Vraiæ propinquarunt: siue consilio siue temeritate multitudinis, rixa & prælio cum Gothis implicatur. Nec prius finis præliandi fuit, q; Gothi in fugam versi castra sua deseruerunt fugientesq; non longe a nostrorum castris admirationem plurimam Bellisarii militibus intulerunt. Nihil enim audierant de aduentu Francorum: Bellisarium ignotis abditisq; itineribus venisse ad opprimendum Vraiæ existimabant. Armis igitur raptim sumptis cum aliquanto progressi suissent, inopinato Francis occurserunt: inuiti q; pugnare coæti, cito franguntur. Neq; repetere castra ausi sola fuga sibi consuluerunt. Franci viatores una eademq; die Gothorum & Bellisarii copiarum castra vtraq; ceperunt, in illisq; constiterunt: commeatu in vtrisq; satiis abunde inuenient. Vraiæ ex fuga Rauennam, Bellisarii autem copiæ per Placétinorum & Parmensium fines superato Apennini iugo in Ethruriæ abierunt. Hic subitus Francorum aduentus Vitigim simul Bellisariumq; turbavit. Maxima vero formido Bellisarium

habebat, ne Franci in Ethruriam descendarent: & copias illas quæ Fesulas obsidebant, opprimerent. Est autem breue expeditumq; iter per Placētinum Parmensemq; agrum in Ethruriam descendētibus. Sed Franci cōmorātes circa Padum, cum neq; vina neq; cetera opportuna reperirent, utpote in regione lōgo bello afflīcta, & tantūmodo bouinā carne & aqua Padi vescerentur, in variis languores breui ceciderūt. Quibus vexati cum frequentes eorum morerentur, statuerūt retrā abire: ac per eadem vestigia qua prius venerant, in Galliam ac trās Alpes redierunt. Transitus igitur Francorum hic finis tunc fuit. Qui vero Fesulis obsidebantur, Goths cum fame premerētur, ac sēpius postulata auxilia nō venirent: tandem paſtione urbem Cypriano & Iustino dedidere. Illi autē suscep̄tis Fesulis, ac pr̄fido militum imposito, cum reliquis omnibus copiis Auximū profecti sunt. Nam Vitiges cum toto Gothorum robore illis qui Auximi obsidebantur, laturū sese opem promitterebat: & Vraix pr̄fentia hoc ipsum pollacci videbatur. Quare Bellisarius quoq; eo copias vndiq; cōtrahere coact⁹ est, ne lōgus obſidionis labor in irritū caderet. Verū cū

¶ DE BELLO GOTHORVM

auxilia Lepius promissa obsecsis nequaquam
venirent, ipsi tamen præter opinionem per-
tinaciter durarēt, statuit Bellisarius eos ne-
cessitate aliqua ad deditonem cōpellere: cu-
ius rei gratia hæc machinatur. Fós erat per-
ennis aquæ extra mœnia Auximi ab ea par-
te oppidi, quæ ad Septentriones spectat, ita
propinquus mœnibus, ut intra iactum lapi-
dis foret. Eum fonte Bellisarius tollere cō-
stituit: quoniā animaduerterat obsecos ei
eo tātummodo fonte aquam habere. Huius
igitur rei conficiendæ causa sub primā sta-
tim lucem armari exercitum iubet, atq; ex
composito ad mœnia accedere. Gothi vero
oppugnationem oppidi parari existimātes,
per mœnia opportunis locis constiterunt.
Bellisarius quinq; viros huius artificii gna-
tos cū dolabris & malleis ad hoc ipsum pa-
ratis, multorum clypeis protectos, ad fonte
effodiendum destruēdumq; summisit. Qui
postquā co ventum est, fornicem quo fons
desuper congebatur, subeūtes, securi iam
a telis quæ de mœnibus mittebātur, demo-
liri fontem cœperunt. Atenim Gothi post-
quam intellexere omnem conatum fieri ad
fontem demoliendum, egressi oppido præ-
lium acerrimum inierunt. Pugnabatur sub

ipfis mœnibus loco diffici, & procliui, Gothis ad fontem tutandum accedere nitentibus, Bellisarii militibus enixe repellētibus. In hoc prælio multi ceciderunt: plurimi tamen ex Bellisarii militibus. Nam Gothi de superiori loco ferientes perfacile hostes cōficiebāt. Sed aderat Bellisarius adhortator, præsensq; magna voce suos impellebat: nec pedem referre patiebatur. Integros in sauciorum & cadentium locum cōtinuo summittebat. Id certamē ad meridiem vsq; peruenit, cum fere ab ortu solis cœptum fuisset: tandem maiore conatu subnixi milites Gothos intra mœnia refugere compulerūt, Moxq; retroabeuntes, eos quos ad demolendum fontem miserant, reuocauerunt, putantes opus iampridem esse perfectū. At illi vix paruam aliquā receptaculi partem demoliti fucrant. Causa vero huius erat, q; antiquitus tanta diligentia exædificatus erat fons, vt multo facilius de viuo saxo, quam de muro eius demeretur. Cum igitur labore irrito suscepū id certamē appareret, Bellisarius quod reliquum erat, & succo herbarum maligno, & cadaueribus iumentorum, & lapide quem Aſuetum vocant, inficiendam cuius fontis aquam curauit, quoad eam

DE BELLO GOTHORVM

penitus inutilem reddidit: Gothi^q; iam penuria aquarum laborates, vix atq; anxic patetis quibusdam exiguum corruptamq; presentibus aquam sustentabantur. Post hanc Bellisari^o neq; prælio amplius laceſſere obſſos, neq; molestias inferre vllas curauit, ſed quiescēdo affidēdoq; finem expectabat. Orta demum mentio eit deditioñis, poſtulantibus Gothis incolumitatē & aſportationem rerum ſuarum in urbem Rauennā profeſturiſ. Quæ audiens Bellisarius, ſecum ipſe ambigebat. Nā tot tamq; egregios bello homines dimitti, & augeri hostium vires qui Rauennæ conuenerant, alienum ab utilitate publica exiſtimabat: & ſedēdo ad Auximū, tempus in lögū terere, periculofum arbitrabatur: præſertim cum Franci dicerētur in auxiliū Gothorum eſſe vēturi. Maxime vero refragabātur milites, qui ex longa obſidionis erumna prædam ex oppido affeſtabant: nec vlla pæctione ſe illa priuari patiebantur. Demum cum Gothos penuria ac defectus rerum, Bellisarium autē importunitas temporis vrgeret: cōpoſita res eit magno Bellisarii labore, vt dimidia terū pars militibus in prædam daretur: tcliquam Gothi retincent: vtq; Gothi qui erant Auxi-

mi, in exercitu Bellisarii remancerent a quo
iure cum aliis militibus. Per hunc modum
compositæ res sunt, & oppidū pactione tra-
ditum. Auximo recepto, Bellisarius aduer-
sus Vitigim & Rauennam ducere cōstituit
cōtractis vndiq; copiis. Eo profectus, statim
primo aduentu Maximum vnum ex præfe-
ctis suis cum parte copiarum ad obseruan-
das custodiendasq; Padi ripas misit, ne quid
exinde Rauennā importari valeret. Vnum
enim eius fluminis os non procul Rauennā
mare influit: vnde etiam fossa quadam de-
riuatus amnis Rauennam deducebatur. Vo-
lens igitur ante omnia hanc opportunitatē
auferre Bellisarius, Maximū cum parte co-
piarum citeriori ripæ custodiēdæ præfecit.
Venit etiam ex Dalmatia Vitalis, cum aliis
copiis a Bellisario euocatus: & alteram eius
fluvii ripam obsedit. Accidit vero per hoc
tempus res mirabilis, & prius inaudita. Nā
cum magna nauigiorum multitudo ex Gal-
lia veniret, frumentum cæterumq; cōmea-
tum Rauennam ferentiū, flumē ipsum vñq;
adeo decrevit, vt pleraq; nauigia destituerē-
tur. Ex quo factū est, vt a militibus Bellisarii
omnia caperentur. Nec multo post eas ca-
ptas flumen in suam magnitudinem rediit.

Hoc fortunæ indicium primū fuit cœptis Bellisarii fauentis. nō enim extabat memoria ullo vñquā tempore id antea contigisse. Flumine igitur Padi facultas importandi Rauennā per hunc modum sublata est. Mari vero importari nihil poterat, cum vbiq; Gothorum hostes mare possiderent. A terra vero Bellisarius cū exercitu vrgebat: nec importari quicquam patiebatur. Cum Ra- uenna in hunc modum obsideretur, Fran- corum legati ad Vitigim venerunt, offeren- tes Francorum in Italiam transitum ad li- berationem obsidionis: copiarumq; Bellisi- rii certissimam cladem, si in societatem do- minationis Gothis recipere Fracos malint. Hæc magna verborum iactantia per lega- tos Fracorum explicata, mentes audiētum extulerunt. Quingenta enim armatorū mi- lia transitura in Italiā pollicebātur: quæ Bel- lisarius, si sapiat, nunquam sit exspectaturus: vel si expectaret, securibus Fracorum cum suis omnibus confestim maestatum iri præ- dicabant. Hæc tam grandia partim extolle- bant Vitigim & Gothos: partim deterrerbat. Nam venturos in Italiam Fracos, ac victo- res fore non dubitabant: sed regni societ- tem seruatuos esse nullo modo credebant.

Itaq; non minus in perniciē clademq; Go-
thorum venturos esse Francos suspicaban-
tur, q; in perniciē hostium suorum. Hanc
eorum suspicionē augebat Bellisarius. Dux
enim sagax, & rebus gerendis aptus, confe-
stim vbi venisse legatos Francorū cogno-
vit, suos & ipse legatos Rauennam misit: qui
& concordiam Gothis cū imperatore Ro.
offerrent: ac infidelitatē Francorum cōme-
morando, ab illorū societate deterrerēt. Go-
thi igitur Francorum & Bellisarii hincinde
auditis legatis, quid optimū foret consultā-
tes, post longam disceptationē, imperatoris
concordiā prætulerunt. Per hunc modū le-
gati Francorū irrita legatione dimissi sunt:
& frequētes posthac cum Bellisario tracta-
tus habiti: crebriq; hincinde nuncii orato-
resq; cōmeabant. Deniq; tractatārū rerum
hic exitus fuit, vt cōtrouersiæ omnes ad ar-
bitriū imperatoris Iustiniani delegantur.
Huius rei gratia oratores ad Iustinianū mis-
si, & induciæ quædam inter obſeffos & obſi-
dētes fuere. Inter hæc accidit, vt horrea pu-
blica quæ erant Rauennæ, cū omni frumē-
to tremarentur: quæ quidē res in maximas
difficultates Gothos adduxit: cū & frumēta
incendio cōsumpta essent, & Bellisarius im-

portari nō sineret: illa, vt aiebat, ratiōc, quo
magis ad xquas conditiones Gothi descen-
derent. Suspicionē vero nō paruam affere-
bat Vitigidi, quod vnde prouenisset incen-
diū, ignorabatur: alii fulmine icta cōflagras-
se putabant, alii de industria incētū ignem
a quibusdam maleuolis, alii opera Bellisarii
factū suspicabantur. Regina quoq; in suspi-
cionē huius incēdii veniebat, quoniā enim
inuita ac repugnās violētis nuptiis ab Viti-
gide fuerat in matrimoniu accepta, inimi-
co atq; infenso animo erga virū esse puta-
batur. Hoc igitur frumenti incendiū Viti-
gim & Gothos plurimū turbauit, & quasi in
desperationem adduxit. Siue enim fulmine
prouenisset incendiū, sibi deum ac cælos ad-
uersari putabat: siue de industria factū esset,
quibus iam cōfiderent, nesciebāt. Defectus
cerite annonæ breuiter impendebat, nullaq;
supererat importādi spes: quoniam Bellisa-
rius post cremata horrea diligentius obser-
uabat ne quid importaretur. Per hoc tēpus
Gothi qui Alpes incolebant, pleriq; se Bel-
lisario dedere velle significarunt. Sunt vero
per Alpes plurima castella, quæ a Gothis
antiquitus ibi collocatis tenebantur. Alpes
enim Italiam a Gallia distcrminat, mirabi-

liq; altitudine insurgūt: difficillimosq; adi-
tus habent: valdeq; intererat eos aditus cu-
stodiri. Qua de causa Theodoricus Gotho-
rum rex validam Gothorum manum cum
cōiugibus & liberis per eos saltus collocā-
uit: castellaq; & arces illis attribuit. Si Sisigis
igitur vñus ex Gothorū proceribus, qui in
Alpibus castella quædā habebat, primus o-
mnium Bellisarii milites ad ea loca missos
sponte suscepit: & alia castella idem facere
suadebat. Erat per id tempus Vraias in cito-
ri Gallia: exercitumq; parabat, quo Ra-
uennam proficiseretur. Collegerat vero
iam in exercitu ad quatuor milia militum.
Horum magna pars Alpini erant: qui post-
quam audiuerunt Sisigim ad hostes defecis-
se, castella vero & arces in quibus ipsi natos
vxoresque habebant, tentari: ante omnia co-
ducere Vraiam compulerūt. Igitur cum o-
mnib; copiis quas parauerat, in Alpes pro-
fectus, Sisigim & milites Bellisarii obsedit.
Hæc rursus cum audissent Ioannes Vitalia-
ni & Martinus, qui castra tunc per Galliam
faciebāt: sine vlla mora & ipsi in Alpes pro-
fecti, castella quædam in ipso itinere cepe-
runt. In his frequentes vxores, & filii eo-
rum qui cum Vraia militabant, capti sunt:

quæ postquam intellexerunt parentes ac māriti, eorumq; propinqui, desertis Vraiz castris ad hostes transfugerunt: quod suos recuperarent. Per hunc modum Vraias a militibus suis destitutus, cum paucis in Galliā reuersus, parandi amplius copias, aut succurendi obsecsis cogitationem abiecit. Ita Vitigis & Goths qui Rauennæ erant, deserti a suis, ac omni spe destituti obsidebantur: maiorē que continuo difficultates subibant. Cum hæc esset conditio rerum apud Gothos, legati ab imperatore venerunt, Dominicus & Maximus, ambo ex senatu: ferebant vero Iustiniani responsum ad ea quæ Vitigis & Goths de cōcordia postulauerant. Summa decreti Iustiniani hæc erat: Vitigis omnia trās Padum loca retineat: citra Padum vero cuncta dimittat. Medium vero pecuniarum regaliū partem imperatori tradat: reliquam partem retineat. Goths vero omnes qui citra Padum incolunt, subiecti Romano imperio sint. Locuti ergo prius cū Bellisario legati, deinde Rauennā ingressi, mādata exposuerunt: quæ latiss animis ab Vitigide, cæterisq; Gothorum proceribus auditæ & cōprobata sunt. Bellisarius autem hæc magnō cum dolore audiebat, secū ipse in-

dignans ac grauiter serens quòd cum plene habere victoriam de Gothis posset, sibi auferebatur. Itaq; redeútibus paulo post legatis, ac subscriptionem eius postulátibus, subscribere noluit. Quæ quidem res permanentias apud Gothos suspiciones peperit, vententes ne dolosa pacis simulatione decipiātur: palamq; dictitare coeperūt se, nisi cōsentiat Bellisarius, nihil de pace esse facturos. Legati vero ipsi, & qui ordines in exercitu ducebant, Bellisarii factum valde indignabantur, eumq; nō parere Iustiniani decretis, inter nefatia reponebant. Nataq; ex his suspicio est, quasi Bellisarius ipse imperium affectaret, ac tota mente abalienatus a Iustiniano esset. Et hæc suspicio plurimū eo tempore increbuit. Qua opinione industi, clam ad eum Goths miserunt hortantes ut non alteri sed sibi ipsi occidentale imperium comparare velit. Gothos enim, si id faciat, sibi sponte ac voluntarie parituros esse aiebant, regnumq; Italorum simul atq; Gothorum cum indelebili potentia habiturum. Hæc nunciabantur clam a proceribus Gothorum. Sensit Vitigis hæc oblata, suosq; & ipse mittens nuncios, ad hæc eadē Bellisarium cohortatus est. Bellisarius igit;

tur ista considerans, ac vtilia fore arbitratu
si cū sapientia gubernētur, Ioannem Vita
liani & Bessam & Aratū magnos in exerci
tu homines, sed nequaq; beneuolos sibi, di
uersa in loca cum suis quemq; copiis able
gauit, simulata causa, quasi tantæ simul co
pix difficileius alerentur: alibi vero pabuli
& commeatus maior facultas esset futura.
Hæc fingebar causæ: cæterū illi allegabā
tur, ne præsentes quicquam turbarent. Ipse
autem post hæc omnibus qui ordinem du
cebant, in vnum vocatis, cum de Gothorū
difficultatibus differuisset, Quid diccretis,
inquit, si non solum ea quibus imperator
noster contentus esse videtur, sed etiā mul
to maiora præsenti bello adipisceremur?
Tunc pro se quisq; laudauit maiora fieri, si
possint. His ita auditis, non aliter patescat
re conciliū dimisit. Nec multo post quodā
e suis Rauennam misso, significauit, se con
stituisse ea facere quæ illi suauissent, eosq;
hortatus est ad rem accelerandam. Goths
autē, vt pote qui iam fame premebātur, sinc
ulla mora legatos cum auctoritate publica
ad Bellisarium miserunt. Hi cum in castra
venissent, nihil coram militibus locuti
sunt, sed Bellisarium secreto conuenien-

tes, se ea de causa venisse dixerunt, vt fidem, promissionemque, ac iusurandum ab eo suscipiant. Erant vero promissio-
num genera duo: Vnum de legitima gu-
bernatione, institutisq; Gothorum con-
seruandis, ac nemini succensendo pro his
quæ superiori tempore facta essent: & alia
huiusmodi quamplura. Aliud, quod ipse
Italiz Gothotūq; posthac rex erit. Hæc si
ille promittat & iuret, sibi portas apertos
esse Gothos, eūq; cum toto exercitu in vr-
bē Rauennā recepturos dixerūt. Bellisari-
us exētra iurauit omnia, quemadmodū le-
gati postularunt: de regno autē suscipien-
do, cū Rauēnæ foret, coram Vitigide exete-
risq; Gothorū proceribus se præstaturū ius-
jurandum dixit. Legati vero nequaquam
suspicantes quin rex esse velit, iusurandum
in hac parte ab eo capere distulerunt,
quasi mox Rauennam ingressus coram
proceribus id foret præstaturus. At Belli-
sarius longe alia mente agitabat. Iustini-
anus enim dudum cum Bellisarium bello-
gerendo præficeret, magnis iuramentis
obligauerat, ne regnum, ne vē imperiū se
viuēte assumeret, ne ve se nūcupari haberet
victyannus, aut rex vel imperator patia-

DE BELLO GOTHORVM

tur. Huc ille iurata seruare inconcussa fidem statuerat: verbaq; Gothis in hac parte dabant. Tunc igitur his ita gestis Bellisarius voluntibus Gothis in urbem Rauennam vocatus est. Ille autem ornato exercitu, classem parata qua commatum omnis generis ab unde deferret, magna Gothorum exercitusq; latititia Rauennam ingreditur. Cum vero ingetes Gothoru copiæ Rauenæ essent, volens Bellisarius eas copias minuere, pacis post ingressum diebus licetiam omnibus qui citra Padum incolerent, dedit domum remeandi. Illi vero longa militia defessi, libentissime ad suos redierunt. ita multitudine Gothorum quæ Rauenæ erat, attenuata, Bellisarii exercitus longe potentior & plane dominans intra Rauenæ mœnia remansit. His ita confectis, Gothorum proceres qui vbi cunq; per Italiam erat, vel ipsi venient ad Bellisarium Rauennam, vel oratores suos miserunt. Sed cum suscepimus regni a Bellisario differretur, eaq; res administrationem primo, mox & suspicionem patret: auxit mox eam suspicionem Bellisarii revocatio a Iustiniano facta. nam fama increbuerat, & detulerant quidam Bellisarii affectare Italiam reguum, ac iam plane sus-

cepisse quo metu Iustinianus illū ad se con-
fertim ex Italia reuocauit. Gothi autē hoc
sentientes, sibi ipsi ab initio persuadere nul-
lo modo poterant, illum ad imperatorem
Iustinianum esse redditurum Sed postquam
apparatus fieri viderunt, ac omnia disponi
qua ad profectionem eius fieri oportebat,
deceptos sese, ac plane circunuentos a Bel-
lisario cognouerunt. Sed quid agerent? Ille
enim Rauennam & proceres in potestate
sua habebat, vt ne querelæ quidem liberæ
forent. Atenim qui trans Padum erāt Go-
thi, vbi hæc senserunt, Papiæ cōuenientes,
ac multum inter se conquesti de communi-
getis calamitate, ac de Bellisarii fraude, tā-
dem Vraiam constituere sibi regem volue-
runt. Quod ille passus non est, maxime illa
se ratione excusans, q̄ cum fratrīs filius Vi-
tigis esset, neq; pia neq; honesta facere vi-
deretur, si illo viuente ipse regnum assume-
ret. Hac ille ratione probabili se excusans,
auctor fuit vt Ildouadus rex constituaretur,
vir magnæ inter Gothos auctoritatis, ma-
gneq; potentiaz, & qui longo tempore Ve-
ronæ dominatus esset. Is ergo tunc ex Vr-
be Verona Papiā euocatus, purpuraq; in-
dutus rex Gothorum appellatur, ac de sa-

110 DE BELLO GOTHORVM

Iute gentis suæ cogitare iubetur. Ildouadus ergo per hunc modum factus rex, statim oratores Rauennam ad Bellisarium misit, qui commemorata illius promissione dum facta de regno Italix Gothorumq; suscipiendo, defectum fidei palam argueret, ac ea fraude deceptos fuisse ab eo Gothos quererentur. Proinde si etiam tunc adimplere promissa, ac rex fieri velit, idq; facto ostenderit, Ildouadum offerre se Rauennæ esse venturum, ac purpuram ad pedes eius positurum. Sin imperatoris seruus esse malit, q; ipse imperare, ne grauiter ferat si Ildouadus, & Goths qui reliqui sunt, de communi gentis salute prouidere nitantur. Hæc summa orationis fuit. Bellisarius prælam ad hæc respondit, se viuente Iustiniano imperatore nunquam regnum esse suscepturnum. Cum hoc responso legati ad Ildouadum Papiam redierunt. Et Bellisarius parata clasie, cum Vitigide, ac cæteris Gothorum proceribus, cumq; thesauris regis Bizantium nauigauit quinto anno postquæ bellum in Italia gerere inceperat.

Leonardi Aretini de bello Italico
aduersus Gothos, Lib. III.



Vm Bizantium peruenisset Bellisarius, magna l^exititia a Iustiniano suscep^tus, plurimoq^z in honore habitus, omn^e quæ de se prius habita fuerat suspicio-
nē deleuit. Gothi quos
seum adduxerat, humanc benigneq^z rece-
pti sunt, & cum admiratione quadam con-
speti. Nec id quidē immerito illis cōtinge-
re videbatur. Erat enim Vitigis Gotho-
rum rex, qui nuper urbem Romam tanta
multitudine obsederat: & Amalasuēta ciu^s
vxor, quondā Theodorici Gothorum re-
gis qui Italiā possederat, neptis: præterea Il-
douadi tunc regis filii duo, quos Rauennæ
penes Vitigim repertos non dimiserat Bel-
lisarius, sed vnā secū in Græciā abduxerat.
erat & alii Gothoru^m proceres, quos intuebā-
tur önes: Bellisariiq^z virtutē quæ tantas res
confecisset, admirabantur, tollentes in ex-
clam^u laudibus quod nuper Aphricam, nunc
Italiā ad Iustiniani imperium redegisset. Et

U. DE BELLO GOT HORVM

in Græcia quidem res huiusmodi erant. In Italia vero post Bellisatii discessum apud Ioannem & Bessam & Vitalem Iustiniano iubente gubernatio remanserat. Venerabatur enim Constatianus ex Dalmatia, qui & ipse numero gubernatorū additus est. Constatimque apparuit quantū inter gubernationē horum & Bellisatii interesset. Ut enim omnium rei militaris scientiam, qua omnes ætatis suæ duces longissime superauit, erat in illo humanitas summa, per quam pauperi & que ac opulento sese impartiebatur: accessus vero ad eum faciles ac liberi cuique generi hominū: præterea liberalitas admiranda. Militibus qui equos aut arcus aut arma non ignauiter amisiſſent, continuo alia donabat. Rusticorum vero tantam habebat curam, ut in ducendo exercitu nemini errorum violari, nemini inferri damna patetur. Ne poma quidē in arboribus pendentia milites sui attingere audebant. Hac ille seueritate disciplinæ conſequebatur ut castra eius abundantiora essent, quæ vllum in vicinorum. Ita libera & secura erat rerum venationis importatio. Abſtentiam vero eius erga ciuitates socias & amicas, nemo satis dignus queat referre. Maxima illius beneficia

in ciuitates : nullæ vnq̄ vexationes audie-
bantur. Qui vero in gubernatione successe-
rūt, neq; humanitate, neq; virtute, neq; abs-
tinentia pares fuere . Nam & ipsi rapinas
prædasq; seftabantur, & milites in omnem
licentiam prolabi permiserunt, superbi qui-
dem in socios, in hostes vero non satis fe-
roces. Itaq; res breui tempore retrouerti, &
in ruinam tendere manifeste cœperunt, vt
deinceps a nobis ostēdetur. Ildouadus Go-
thorum rex, vt supra diximus, nouiter cō-
stitutus post Bellifarii discessum, summa cū
diligentia res exequebatur. Gothos enim
omnes, & Italicos qui cum Gothis sentie-
bant, arma capere, & ad præscriptum diem
Papiz conuenire iussit. Paruus quidem ab
initio exercitus fuit, sed cōtinuo augescēs,
ac spem assumens in dies meliorem. Adu-
uabat vero non mediocriter Gothorum
partes auaritia & iniuria aduersariorum.
Exactores enim pecuniarum fisci nomine
a Iustiniano in Italia populos vexare mi-
rabili acerbitate cœperunt, & ad indebita-
rum pecuniarum solutionem compellere.
Rationes siquidem reposcentes omnium
quæcunq; sub Theodorico primo Gotho-
rum rege, vel sub alio deinceps regum Ita-

liz administrassent, & magistratus quoq;
cunq; per ea tempora quisquam Italorum
cessasset: a ciuitatibus quoq; promissarum
dudum Gothis pecuniariū in disquisitionē
vocantes, easq; pecunias quasi fisco debitas
reponentes, & singulis priuatim homini-
bus & publice ciuitatibus tantam despera-
tionem attulerunt, vt Gothos iterum fieri
dominos rerum optarent, multiq; volunta-
rii ad Ildouadum proficiscerētur, ciusq; ex-
ercitum copiasq; augerent. Erat quoq; non
dispar querela in exercitu imperatoris. Qua-
enam avaritia exigebantur pecuniax inde-
bitz ab Italicis, eadem autem avaritia militibus pe-
cuniax debitæ non soluebantur. Vnde nun-
taxat cura erat, ad explēdam Iustiniani cu-
piditatem pecunias cogere, nihil erogare.
Itaq; milites pariter atq; Italici tantis ini-
tiis compulsi, ruinam imperii affectabant.
His crescens in dies Ildouadus omnes tria
Padum, omnes Venetiarum vrbes in poto-
statem recepit, & Italorum Gothorumq;
multitudine excrcitus cius completus est.
Quamobrem haud multo post educere in
aciem, ac fortunam pugnæ tentare non
dubitauit. Prælium hoc non procul Tarui-
sio fuit aduersus Vitalcm, qui vnuus erat ex

Justiniani ducibus: victorq; Ildouadus tan-
ta strage Vitalis exercitū concidit , vt dum
ipse cum paucis euaderet, reliqui omnes vel
interficerentur a Gothis, vel captiui duce-
rentur. Ea victoria magna & clara mirabile
diutu q̄tum Gothonū animi creuerūt, quan-
tumq; fractæ sunt aduersariorum vires , vt
nō solū trans Padū per Galliam & Veneti-
as, verum etiam citra Padū partes cōfirma-
reotur, nomenq; Ildouadi celebre fieret a-
pud Iustinianū imperatorem, aliasq; natio-
nes. Nec multo post Vraiam maximū inter
Gothos hominē persecut⁹ est, & occidit, su-
spicioē iniecta quasi cū hostib⁹ sētiret. Hæc
enim prætexebatur causa . Cæterū ob eā rē
initatum aduersus Vraiam quidam putant,
quòd contentiones quædam inter Vraiæ
vxorem ac reginam incidissent. Ego autem
Ildouadum magnū ac sapientē virum non
ad eo leuem exiſtimo fuisse, vt contentioni-
bus mulierum permotus esset ad Vraiam
interficiendum: verum illam fuisse causam
puto, quòd Ildouado regi suspecta erat Vra-
iæ potentia. Nam genus Gothonum valde
suspiciosum fuisse constat, & suos erga re-
ges non satis fidele . Mortem Vraiæ per-
muli Gothonum improbarunt, palamque

detestati sunt quasi rem sceleratam & impiam. Itaq; & ipse Ildouadus à Vila vno ex custodibus sui corporis, dum pranderet, occiditur. In eius locum Alaricus rex creatur, qui nec ipse diu regnauit, sed propter malam ineptamq; gubernationē quinto post electionem mense a Gothis occiditur. Ita duobus regibus intra biennium interfecit, ad Totilam magno Gothorum consensu regnum defertur. Hic antequam rex factus esset, Taruisii dominabatur, quæ est ciuitas Venetiarum. Pater eius Ildouadi regis frater germanus fuerat. Itaq; interfecito Ildouado (vt supra diximus) Totilas ipse formidans propter illius consanguinitatem, clam Rauennam misit, & cum Iustiniiani ducibus pepigit ad hostes transire cum omnibus quibus praeterat, cumq; Taruisio oppido. Dicta ad rem conficiendam dies erat. Quæ cū nondū venisset, Gothi pœnitentia ducti, quod Ildouadi morte letati fuissent, quodq; Alaricum regem creassent, hominem nequaq; tanti, vt Gothorum gentem defendere aduersus tantas vires hostium valeret, ad Totilam Ildouadi propinquum respicere, atq; regem optare illum cœperunt. Tandem Alarico de medio sub-

lto, Totilam regem fecere. Iustinianus autem cognitis his quæ in Italia contigerat, docum suorum imperitiam & secordiam increpabat, q; in tantis discordiis hostium tantisq; reuolutionibus ipsi opportunitatem rerum agendarum na>i, nihil protinus effecissent. Quibus increpationibus permoti duces Rauennæ simul omnes cōveniunt. Ibi cum de inferendo bello consultaretur, placuit ante omnia ad urbem Veronam exercitum ducere. Eius nāq; vribis capienda spes quædam illi secreto affrebat. Erant vero hi duces vndecim, quorum præcipui habebantur Constantianus & Alexander in Italiam nuper a Iustiniano missus ad pecunias colligendas. Profecti igitur cum ingentibus copiis, vbi Veronæ propinquarunt, spem dudum sibi præbitā experiri decreuerunt. Erat enim Martianus quidam vir domi nobilis, castellum habens non procul Verona. is quia partes imperatoris animo præferebat, custodem vnius portarum induxerat ad exercitum imperatoris recipiendū. Re igitur arcane cōposita, cum eo peruenisset exercitus, præmittitur Artauades Armenius cum manu deleitorum militum, qui portam antecapiat,

DE BELLO GOTHORVM

ac cæterum exercitum præstoletur. Nihil promissorum in hoc loco defecit. Nam intempesta nocte cum ad portam venissent milites, proditor aperiens intra urbem eos recepit. Illi portam ingressi, mœnibus quoq; super eam captis, exercitui significarunt: & Gothi sentientes hostes esse in urbe, per diuersam portam aufugerunt. Duces vero captam a suis portam audientes, iter quidem statim ingressi sunt: sed antequam in urbem venirent, de præda inter se discēptantes, quinq; milibus ab urbe passibus cōstiterūt. inter hæc dies cluxit. Arx est Veronæ urbi supereminens, ex qua intra urbem & extra longe prospectus est. Gothi igitur qui in arcem refugerant, cernentes paucos intra urbem hostes, exercitum vero extra urbem existere, neandum mœnibus appropinquare, subito ex arce impetu facto urbem peruerterunt, & portam quæ tenebatur ab hostibus, repperunt atq; clauerunt. milites vero qui per noctem fuerant ingressi, partim oppressi sunt, partim ad mœnia confugiētes, desuper repugnabāt. Venientes autē paulopost duces cum portam clausam reperissent, quanq; intus essent milites, qui eos vocabāt, ac ne se desereret precabātur,

tamē cuestigio abierūt. Militum vero pars
e muro se dimittens euasit: quorum e nu-
mero fuit Artauades Armenius eorū præ-
fectus: ceteri vel capti vel imperfecti sunt.
Per hunc modum prauitate & auaritia du-
cum res apud urbem Veronam periere, qui
dum properare oportuit, de præda non pa-
rata inter seipsoſ pugnabant. Post hæc Iu-
stiniani duces, quoniam Veronæ cœpta, fla-
gitiōſe turpiterq; euaserant: discordes inter
ſe, & alii aliis succensentes, ex his locis abie-
runt, transmisſoq; Pado amne Placentiam
profecti sunt. Totilas Papiæ per id tempus
degebat, cognitoq; hostium aduentu, quaf-
cunq; potuit copias propere contraxit.
Duces inter hæc vltra Placentiam progres-
ſi, secus ripam Padi amnis castra faciebant.
Totilas autem quanquā foret admodum
impar, tamen cum iis quas habebat copiis
obuiam illis exire, ac fortunam pugnæ ex-
periri constituit. Cum igitur in propinquo
eſſent caſtra, ac pugna decernere vtrisq; pla-
cuſſet, Totilas per noctem partem equitū
præmisit, quos viginti ſere stadiis vltra ho-
ſtium caſtra flumen transire, & cum pugna-
ri cœptū eſſet, post terga hostium cum quā
maximo valerent tumultu adoriri manda-

nit. Ipse vero cū tēpus fuit, ad hostes duxit. Idem fecerunt Iustiniani duces. Erat ante aciem Totilæ vir Gothus nomine Valarius, qui equo insigni vestitus, ipse quoq; insigniter armatus, in singulare certamen omnes prouocabat. Aduersus hunc, cæteris subsistentibus, Artauades Armenius, cuius in ingressu Veronæ mentionem fecimus, prodiit, spectantibusq; vtrinq; aciebus, concurrerunt infestis sese cuspidibus petentes. Artauades Gothum dextro latere hasta transfixum occidit: ipse vero in hastam interfecti casu inhærentem solo, vi atque impetu equi adactus, cuspide transfigitur, ruptoq; thorace vulneratur, ex quo vulnere tertia mox die interiit. Acies interea simul congregata, prælium accerrimum inierunt, omnisiq; ferri experientia in eo certamine versabatur. Cum ferueret maxime prælium, & ab vtrisq; enixissime pugnaretur, neutram adhuc in partem victoria inclinante, equites Totilæ transmissio flumine terga Iustiniani ducum inuasere tumultusq; maior inde exortus, cū multitudo ingens crederetur, exercitū Iustiniani primo turbauit, mox in fugā vertit. Solutis enim ordinibus, cū ante retroq; instaret ho-

stis, cito dissipatur: multiq; a Gothis persequentibus interfecti sunt. Multi etiam scese per deuia quæq; præcipitates eusere. Captivorum autem multitudo ingens fuit: & quod nunquam ante contigerat, omnia militaria signa imperatoris exercitus in eo prælio capta sunt ab hostibus, & ad Tofilā relata. Insigniorē hanc victoriam Totilæ fecit, quod ipse cum dimidia fere parte, minoribus copiis, sciens ac volens contra maiores copias prælium iniit, quodq; militari industria victoriam naētus est ipsam quoq; victoriam humanissime exercuit, nemini captiuorum molestus, multis etiam gratuito dimissis, quæ quidem humanitas famam eius plutimum adauxit. Iustiniani duces ex prælio fuentes, Placentiam primo, inde in diuersa loca abierunt, & copiis quantū fieri potuit reparādis intenderūt. Non multo post hāc victoriam Totilas maiora iam animo concipiēs, exercitum in Ethruriam misit. Præfecit vero huic exercitui tres Gothorū præstātissimos, Beldam & Rhodoricū & Vlia-riū. Erat in Ethruria Iustinus unus ex ducibus qui prælio interfuerat, postq; id tempus nūquam cessauerat copias reparare, oppida munire. is cum exercitus Totilæ superue-

nit, circundatus ab hostibus intra Floren-
tiæ mœnia obsidebatur. Terrebat vero Iu-
stinum rei frumentariæ defectus. Nam im-
portari ad obsecros nil poterat: & int^o quod
erat frumentum, breui defuturum videba-
tur. Rauénam igitur ad cæteros duces mit-
tens Iustinus, quo in periculo res esset osté-
dit: rogauitque vt sibi opem ferrent. Ob-
cum nuncium permoti Bessas & Cypria-
nus & Ioannes Vitaliani cum suis copiis in
Ethruriam venerūt. Gothi vero postquam
intellexerunt illos appropinquare, soluta
illico obsidione retro mouerūt castra, pro-
fectique vnius diei iter, in loco qui Mucel-
lum dicitur, constiterunt. Atque postquam
exercitus amicorum Florentiam peruenit,
placuit ducibus, vt paucis in præsidio Flo-
rentiæ relistis, ipsi cum reliquis omnibus
ad hostem contenderent. In itinere vero dū
essent, statuerunt, vt ducum ipsorum vnu
celeriter antecederet ad inuadendum disti-
nendumque hostes: alii vero mature seque-
rentur. Sorte igitur ducta Ioanni contigit
antecedendi munus. Ille profectus cum suo
agmine ad hostes properauit. Hostes vero
deterriti aduentu copiarum, deserto loco
in quo prius habebat castra, in proximum

montem arduū quidem ac difficilē transfi-
runt. Neq; ob id cūtatus Ioannes, vbi ad ea
loca peruenit, aciē suorum aduersus montē
direxit, ac magno animo sursumversus an-
nixus peruincere conabatur. Resistebatur
fortissime ab hostibus : ac de superiori loco
facillime repugnabāt. Hic dū annititur Io-
annes, & inter primos pugnatores versatur,
quidā ex comitibus iuxta lat⁹ cius pilo trās
fix⁹ occiditur: falsaq; statim credulitas inde
exorta est, Ioānē interfectū fuisse. fuga hinc
fieri cœpta. hæc fama delata in eos qui cū re-
liquo exercitu veniebant, cum insuper fugā
& trepidationem mirabilem viderent, iplos
quoq; in fugam turpissimam cōuertit. Nec
mod⁹ ullus fuit in fuga: dissipatim sparsim-
q; in diuersum abeūtes, signa & ordines de-
seruerunt. Itaq; duces quoq; ipsi a nullis ho-
stibus pulsi fugā arripere coacti sunt. Neque
posthac conuenerunt in vnū, sed alius alibi
prout se ex fuga receperāt, oppida tenuerūt.
Gothi tamen ad obsidionē Florētiz nequa-
q; reuersi sunt, magnitudinē veriti copiarū:
qux quāq; dissipatæ forēt, per opida Ethru-
riz cōstiterāt: & hyēs superuenit: finisq; fuit
septimi anni huius belli, ex quo geri a Bel-
lario cœptū fuerat. Eo qui secutus est an-

no, ut primum educēdi copias tempus fuit,
Totilas coacto exercitu in agrum Gallicū
venit; ibi Cesenam, & Petram oppidū, quod
hodie corrupto in vulg⁹ nomine Bretano-
rum appellant, obsedit. Cetera vero eius re-
gionis oppida permulta vel vi vel paſtione
cepit. His per ea loca confectis, in Ethruriā
cū exercitu trāſiit. ibi duriora omnia cum
reperisset, statuit in his tempus haudquaquā
terere: itaq; Tiberim atnē, quo Ethruria
finitur, trāſgressus, per Vmbros, & Sabinos,
& Marsos in Cāpaniam profectus est. in his
locis Beneuētum vrbem captam mœnibus
spoliauit. Nolebat enim in vrbē munitissi-
ma hostes, si quando cōtingeret, ſedem belli
habere. Neapolim deinde obsedit: multis
primo verbis humanissime conatus, ut Nea-
politani amicitiam eius quām inimicitiam
mallent. Sed erat in præſidio eius vrbis Co-
non Iustiniani præfectus, nec pauciores mil-
le militibus ſecum habebat. Itaq; nihil de-
cerni libere in cōcione poterat. Quod cum
intelligeret Totilas, positis nō longe castris
vrbem obsedit: non tamen oppugnauit, ſed
quietē agens incubabat. Interim vero parte
exercitus missa, Cumas, & alias quasdam v-
bes per ea loca recepit: ex quibus pecuniariū

magnam vim adeptus est. Mulieres etiam quasdam ex nobilitate Romana capi in his locis cōtigit: quas omnes Totilas cū summa benevolentia conseruatas liberas esse iussit: ac parētibus maritisq; cum honesto comitatu remisit. Cum vero per eas regiones neque dux neq; exercitus esset, qui conatibus Totilz repugnaret, partem suarum copiarum cōtinuo mittēdo, Apuliā, & Lucaniā, & Calabriā cū vniuersis eorū oppidis in potestatem rededit. Ex quo factum est, vt Iustiniani ducibus militibusq; nullæ amplius ex his locis pecuniæ soluerētur: quæ quidē res magnā ipsis incōmoditatē attulit, & quasi cūcta euertit. Milites enim cū pecuniæ decessent, nec stipēdia eis soluerētur, neq; parcere ducib', necq; in expeditionē ire volebāt, sed per oppida inclusi, res amicorū prædabant, rapinis & maleficiis omnia fœdabant. Duces quoq; ob has difficultates intra mœnia consistentes, oppida tantummodo ab hosti- bus tutabantur: partitiq; inter se vrbes, Ioānes Romam, Bessas Spoletū, Cyprianus Pe- rusiam, Iustinus Florentiam, Constātianus Ravennā gubernabat. Inter hæc Neapolis durius obsideri cœpit. Totilas enim parata classē, neq; mari neq; terra importari quicq;

paticbatur. Ex quo palā erat, nīsi quis opem
ferret, eam demum vrbem in manus hostiū
esse perueturam. Hęc igitur audiens Iusti-
nianus, ac pro tantis Italix cladibus, proq;
imperii dedecore indolēs, Maximinū pr-
fectum prætorio ad corrīgēdas reparandis
que res in Italiā misit. Dedit autem ei cl-
sem, & exercitum ex Thracibus & Arme-
niis. Præcerat autem Thracibus quidē He-
rodianus, Armeniis vero Phases. Hūni pr-
terea non pauci ea classe vchebātur. Maxi-
minus Bizātio profectus, in Epirum venit.
Ibi cum res Italix ex propinquo cogitaret,
inter spem ac metū dubius, tarditate ac de-
sidia tempus amisit. Erat enim Maximinus
vir bonus, & ad pacis negotia non inutilis:
belli vero imperitus omnino, & ob hoc ti-
midus, & cunctator in singulis, ac plurimū
ambigens. Res vero tunc & consultandi &
agēdi celeritatē flagitabat. Maximino igit̄
paruā de se spē afferēte, Iustinianus Deme-
triū quēdā qui sub Bellisario dudū in Italia
militauerat, cum alia classe in Siciliā mi-
sit. is cum in Siciliā nauigasset, audita Ne-
polis obsidione, ac eorum qui obsidebātur,
difficultatibus, cōfestim auxilium ferre. Cū
vero aperta via id efficere posse desperauit,

quoniam neq; classis neq; exercitus cius ad tantam rem sufficiēs erat, hæc excogitauit. Naves quā plurimas ex vniuersa Sicilia cōtraxit: fecitq; ex his classem ad aspectū per magnam: impositoq; frumento Neapolim petere contendit. Ea res & spem magnā obfessis, & formidinem non paruam Gothis præbuit audiebant enim multitudinem nautium, ac magnum in his exercitum venire opinabantur. Quod si primo statim cursu Neapolim petiisset, cūcta prospere succedebat, & vrbs obfessa indubie seruabatur. Hostes enim conterrati magnitudine classis, ne obliſtere quidem tentauissent. Sed ipſe conſcius imbecillitatis ſuę Neapolim adire nō ausus, Romam petiit, quò militibus inde aſſumptis nauē impleret, atq; ita Neapolim magis robustus nauigaret. Sed milites qui Rome erant, classem ascendere noluerunt. Viſtiſiquidem dupliči prælio a Gothis, eos immodece formidabant. Itaq; hac deficien- te ſpe, cum his dūtaxat nauibus quas Bizi- tio duxerat, aduersum hostes proficiſci De- metrius cōpellitur. Totilas naues egregias & veloces in portu ipſo Neapolis affidue ſtruſtas paratasq; tenebat, curāq; ſuſcepere at diligenter de Demetrii clasſe. Cum igitur

ex urbe Roma Neapolim nauigare Demetriū cognouisset, & applicuisse iam propinquo littori, profectus repente Totilas, cum velocibus nauibus ex improviso Demetriū classem inuasit: adeoq; subitus & inopinatus fuit impetus, ut conterriti nautæ atq; milites in fugam conuerterentur. Quos Gothi velocibus insecurti nauibus, post magnā cedem omnes Demetrii naues cum iplis oneribus, ipsasq; viris plenas ceperūt. Nulli enim euaserunt ex ea classe, nisi qui in lembos statim ab initio prosilientes latuerunt: inter quos Demetrius ipse dux classis fuit. Post hanc Maximinus cum maiori classe maioriq; exercitu ex Epiro in Siciliam nauigavit. Cūq; Syracusis applicuisse, eadem ignavia qua prius, cūctando ac differendo tempus amisiit: neq; difficultatibus obsessorum, neq; precibus vocantium mouebatur. Tandem vero vbi præcepta & minæ Iustiniani superuenere, nec ob ea quidē nauigare aduersum hostes sustinuit: sed classem Demetrio & Herodiano & Bassæ ducendam tradidit, ipse in Sicilia remansit. Erat vero iam plane hyems cum hi nauigare cœperunt. Cūq; prope Neapolim venissent, orta subito tempestas classem arripuit: neq; remis,

neq; arte vlla resisti potuit, quin ad ipsum lit
 tus vbi castra erat hostiū, adigeretur. Gothi
 vero ista cernentes, concursu ad littus facto
 nulla difficultate naues cepérunt: & si qui re-
 pugnabant, interfecerunt: reliquos vero ca-
 ptiuos duxerunt: in quorum numero De-
 metrius fuit. Herodianus autem & Phasas,
 cū & ipsi capti iā essent, casu quodā postea
 seruati sunt. Hunc finem habuerunt eo an-
 no Iustiniani classes in Italiam missæ. Toti-
 las Demetrium in vinculis ad mœnia Nea-
 politanæ vrbis adduci mandauit. ibi vocato
 Conone præfecto, militibusq; & Neapolita-
 nis ciuib; Totila iubente Demetrius ver-
 ba fecit: suasitq; ne amplius auxilia expecta-
 ret vlla: binam classem cum ipsis pugnato-
 tibus esse amissam: nullamq; superesse spem
 qua confidere debeant. Obsessi vero iam pri-
 dem fame macerati, cū Demetrium captū,
 & omnem sublatam viderent spem, in fletū
 ac lamentationē conuersi, quid agerent aut
 quo se verterent nesciebant: eratq; ciuitas
 tota mirabili tumultu & trepidatione ple-
 na. Totilas autem cum hæc sensisset, ad col-
 loquium eos vocatos in ipsis mœnibus stā-
 tes sic allocutus est: Nullā contra vos Nea-
 politani vel iram vel indignationem habē.
 i

tes obsidere urbem vestram perreximus, sed
ut vobis inimico seruitutis iugo liberatis
referre gratias valeremus eorum quæ hoc
ipso bello pro fide Gothis seruanda ab ho-
stibus pertulisti. Soli enim Italicorum o-
mnium inuiti ac repugnantes in potestate
hostium nostrorum cum ultima penè ciui-
tatis vestræ clade vulneribusq; & cruento co-
puli deuenisti. Itaq; quod nunc simul cum
hostibus obsidione vos fatigari a nobis ne-
cessitas fuerit, erubescimus. quam obrem be-
neficia potius a nobis quam ultionem Nea-
politani expectent. Hostibus etiam qui vo-
biscum in urbe sunt, non acerbi esse volu-
mus. dedentibus eis urbem, vel militandi
nobiscum æ quo iure cū aliis militibus, vel
abeundi cum omnibus rebus suis quocunq;
volent facultatem dabimus. Hæc & iureiu-
rando sancire paratis sumus. Laudauerunt &
Neapolitani & milites Totilæ sermonem.
quo tamen honestior deditio foret, trigin-
ta dierum inducias postularūt, quibus vide-
retur an quæ auxilia superueniri ét. Ad hæc
Totilas non triginta dierum modo, sed ter
triginta dierum spatiū se dare respondit.
Quam liberalitatē admirati obsessi, clareq;
deprehendētes nullā effe auxiliī spem, intra-

paucos dies apertis portis Totilam & exercitum intra mœnia receperunt. Totilas igitur Neapolim ingressus, nemine male affect: nulli molestus fuit: quinimo tanta humilitate usus est, ut nequaquam conuenire barbaro homini videretur. Cum enim multi propter inediā deficiētibus viribus ægrotarent: ne subita affluentia cibi immodice sumpti periculum illis afferret, summa cura diligentiaque prouidit, ut non solum Neapolitanis ciuibus, verum etiam militibus ciabaria bis in die ad certum pondus traderetur, diligentissime obseruato necunde plus caperet, & singulis diebus modicum superadderetur. Cononi autem & militibus abi-re volentibus nauigia præbuit. Cumq; illi vento diutius retenti nauigare intra præscrip-tam diem non potuissent, liberam nihilominus potestatem illis seruauit. quin etiam cum longius duraret ventus, & illi pedestrī itinere abire statuissent, equos iumentaque eis tribuit: & viaticum insuper largitus est, Gothosque cum his misit. Humanitate in alienos Totilas utebatur: in suos vero tantam disciplinæ seueritatem seruabat, ut nullum malefactum impunitum esse pareretur. Raptori ac violatori poena mors

erat, & publicatio bonorū: quæ quidem bona violentiam passo tradebātur. Itaq; & castra & ingressus Gothorum per amicas ciuitates & gentes omni scelere carebant. ducibus autem Iustiniani per hoc ipsum tempus diuersa penitus erat conditio. Nam nec duces ipsi abstinentes erant, & milites in omnem licentiam traducti, a nullo maleficio temperabant. Nec quicquam miseriis erat per ea tempora, quam Italiz populi qui imperatori parebant, cum extra moenia quidē ab hostibus, intra moenia vero a militibus diriperentur. Duces enim munitas tenētes arcē, nihil de subiectorū iniuriis curabant. Ob hæc flagitia cū in dies magis ac magis desperatio sequeretur, coact⁹ eīt Iustinianus iterato in Bellisarium mentem animumq; conuertere. Nam cæteri quidē duces nedū perdita recuperare, sed ne illa ipsa quæ tenebant, diutius tueri posse videbātur. His igitur de causis Bellisarius ad cutā Italici belli rursus delectus est: cū hoc medio tēpore aduersus Medos bellum gessisset, neccum plane finitum esset bellum. Cum ergo milites nouos scribere opus esset (nam veterem exercitum citra Euphratē reliquerat), Thraciam totā circūiens Bellisarius, pecuniasq;

abunde largitus, volūtariorum ad quatuor
milia coegit: quibus classi impositis vna cū
Vitale p̄fecto Illyrici, qui nuper ex Italia
venerat, nauigauit: traiectoq; demum Io-
nio mari, Salonis applicuit. In hoc ipso iti-
nere Hydrūtum Calabriæ oppidū obsidio-
ne liberauit. qui enim in eo obsidebantur a
Gothis, defectu rerum necessariarum com-
pulsi, ad certam diem pæcti fuerant op-
pidum dedere, nisi prius auxilium ferretur.
quod intelligens Bellisarius, Valentiniū co-
nauigare iussit, ac frumenta exteraq; neces-
saria inferre: suscepitq; militibus qui diuti-
obfessi in eo fuerant, nouos imponere. Hæc
factu facilia fuerunt. Nam Goths post indu-
cias negligentius custodiebant, nec ventu-
rum esse quenq; suspicabantur. Itaq; repente
ac inopinato superueniente classe trepidare,
ac obsidionem soluere, longiusq; abire coa-
cti sunt. Valentinus oppidū ingressus, prio-
res milites ex arce abduxit, nouosq; impo-
suit: integriq; anni frumentum illis reliquit.
Ipse cum his quas abduxerat nauibus Salo-
nas ad cæteram classem rediit. Post hæc Bel-
lisarius Polā nauigatuit: ubi in exercēdis ty-
ronibus quos in Thracia scripserat, aliquā-
to commoratus, tandem cū tota clēscie Ra-

ueniam peruenit. In cius aduētu deteriori
omnia opinione sua per Italiā reperit. Ho-
stes enim vbiq; præualere, ac optima spe es-
se videbātur: amici vero vbiq; per Italiām
fraſti, ac in desperationem adduſti. Ciuita-
tes quidem & populi ob iniurias militum:
milites autem ipſi, q̄ multa ſibi deberentur
ab imperatore stipēdia, nullaq; ſoluebātur,
contumaces & auerſi nec parere ducibus,
nec in expeditionem ire volebant: erantq;
ad exiguum numerum redacti. Aduentus
quoq; Bellisarii desperationem auxit. Licet
enim optimus dux, & ſine cōtrouersia præ-
cipuus haberetur, tamen contemnēdas ad-
modum copias adduxerat tyronū quatuor
miliū: pecunias vero nullas quæ militibus
darentur. Itaq; concionantē Rauennæ, cau-
ſasq; aduentus ſui docentem, cohortantem
deniq; ad capiſſendum bellum, nec oppida-
ni, nec milites latto animo audiuerunt, neq;
lætitiae aut ſpei bonæ significationem redi-
diderunt. Deniq; Bellisariū ipsum, q̄ in Ita-
liam veniffet, cōfēſtim pœnitere cœpit. In-
ter hæc Totilas Tybur inuafit, ex discordiis
oppidanorum & militum ſeditione coorta:
per quam vocatus ab alterutra parte, vibē
ſuſcepit. Imminet autē Tybur vrbī Romæ:

nec plus ab ea distat, quam sexdecim milibus passuum. Ea res magnas Romanis difficultates cœpit afferre, ac per Latium cūcta impedire. Post huc Totilas cognito Bellisarii aduētu, in Picentes cum exercitu trās-iit: & circa urbem Auximū consedit. Bellisarius vero per hoc ipsum tempus in Bononienses miscerat Vitalem cum satis magna manu Illyricorum. Is cum oppidum quod-dam per ea loca cepisset, & Bononia in urbe fuisset receptus, Illyrici nulla prius iniuria suscepta Vitalem deseruerunt: factoq; agmine domum abierunt. De qua quidem re postea apud Iustinianum excusatione illa vni sunt, quod dū in Italia militarent, exatores tributorū patrimonia sua venundabant, vxoresq; & liberos eorum domo pellabant: quamobrē coacti sint ad suos defēndendos domum redire. Hac fuga Illyrico-rum Totilæ nunciata, confessim missæ ab eo sunt Gothorum copiæ, per quas Vitalem accederos opprimere posse sperauit. Sed illi præueniētes Rauennā se receperunt. Cū ve-ro qui Auximi erāt, obsidione premeretur: Bellisarius subsidium ad illos misit equitū mille: præfecit autem his equitibus ducto-res tres, Taramuntem, Ricilam, & Sabinia-

num : qui clam noctu Auximum ingressi, cum postridie ad pugnam exiuisserent, vno ex præfectis Ricilas a Gothis interficitur: cæteri autem post paucos dies abire statuerunt. hostibus enim illic stantes nocere non poterat, & amicis necessaria minuebat. Noluimus igitur egressi oppido, cu[m] iam circiter milia passuum tria profecti essent, in insidias hostium inciderunt: a quibus circuuenti, & in fugâ versi, ducetos ex suis amiserunt, veresq[ue] & arma & impedimenta omnia cu[m] iumentis quæ illa ferebant. Reliqui fugientes, post longam viam se Ariminū receperunt. Fanum & Pisaurum sunt vrbes iuxta littus Adriatici maris inter Auximū & Anzinū sitæ. Eas vrbes Vitudinis ab initio huius belli incenderat, ac mœnia usq[ue] ad dimidiū altitudinis destruxerat. Ex his Bellisarius Pisaurum reficere cogitauit, ac equitatum in eo collocare. Missis igitur clam artificibus qui mensuras portarū exactissime caperent, Rauennæ fabricari portas fecit, ac ferramentis quibus opus erat, struxit. Deniq[ue] nauibus impositas Pisaurū deferri fecit: præfectisq[ue] & equitibus qui Ariminii constituerant, scripsit, ut repente occupato oppido portas imponerent, ac murū tumultuario opere refi-

ceret, fossas purgarent. Commeatus autem
omnis generis ut mari ad eos deferretur,
prouidit. Equites igitur Arimino profecti,
cum Pisaurum occupassent, omnia secundū
Bellisarii mandata fecerunt. Sēsit hæc To-
tilas, & cum magnis copiis ad ea prohiben-
da profectus est. sed tanta fuerat militum di-
ligentia in purgandis fossis, valloq; & agge-
re muniendo oppido, mœnibusq; & propu-
gnaculis resarcendis, vt admiraretur rex tā-
tas restam ingeniose tam paucis diebus fie-
ri potuisse. Quare aliquantum circa ea loca
moratus, quoniam videbat proficere nil pos-
se, in castra ad Auximū irrito conatu reuer-
sus est. Animaduertētes vero Totilas & Go-
thi Bellisariū & imperatoris copias necubi
per Italiā in certamen prodire, sed oppidis
inclusos mœnia tantūmodo tueri, statuerūt
non assidere solummodo ad Auximum, sed
aliis quoq; ciuitatibus bellum inferre. Itaq;
profectus Totilas cū exercitu, Asculum &
Firmum in Picentibus circunsedit. Bellisa-
rius vero cum obsecris opem implorantibus
ferre nō posset (nec enim tantas habebat co-
pias, vt exire aduersus Gothos valeret) in
mœrore maximo vespabatur, & hanc igno-
miniam sui nominis permoleste ferebat.

Tandē vero Ioanne Vtiliani ad Iustinianū
missō, conditionē Italiz per cū demonstra-
uit, & simul literas scripuit huiusmodi effe-
ctum continētes. Misisti me in Italiā opti-
mē imperator, virorū & equorū & pecunia-
rum inopē: quod & antequā a te discederem,
sxp̄ius ostendi, & obtestatus sum. Sed iussui
tuo non parere, mihi nefas erat. Thraces e-
nim & Illyricos milites per paucos, & eos ip-
sos tyrones, belliq; inexptos, nec arma qui-
dem tenere scientes, nobiscū ducere coacti
sumus. Veterani autē quos per Italiā reperi-
mus, vieti iā ante quibusdā præliis, Gothos
victores ita formidant, vt vix aspectū eorum
ferre possint: stipendiisq; diu fraudati, nec e-
quos, nec arma nuper amissa reparare potue-
runt: nec in expeditiones sine his exire con-
sentiant: nec alioqui tantæ sunt copiæ, vt
cum hostiū copiis congregati sine manifesta
pernicie valeant. Nam maxima eorum pars
qui in Italia tuo nomine militabant, ob ea
quæ memorauimus incōmoda sponte sua ad
hostes transferunt. Pecuniarum autem red-
ditus nullos ab Italia speres nobis prouen-
tuos esse, cum sit iterum ab hostibus ma-
gna ex parte occupata, & ea quæ restat pars
adeo attenuata, belloq; afflita, vt tributa

persoluere nullo modo queat. Si igitur satis
fuit Bellisarium in Italiam misisse, optime
a te prouisum est. Sum enim in Italia. Quod
si hostes superare vis, alia sunt a te prouidē-
da. Nam dux belli absq; his quæ opportuna
sunt, proficere nil valet. Copias igitur meo-
rum militum huc mittas oportet, deinde
Hūnorū ac cæterorum Barbarorum mul-
titudinem ingentem. Illud insuper a te ne-
cessario prouidendum est, vt pecunia adfiant.
Nam sine his in bello nil opportune fieri
potest. Hæc tunc a Bellisario scripta sunt.
Ioannes igitur cum his mandatis ad Iusti-
nianum profectus, & quodam tempore com-
moratus, nihil nisi tarde atq; anxie proficie-
bat. Inter hæc Totilas Firmum & Asculum
quandoquidem nemo auxilium obseffis
ferebat, paftione cepit. Deinde ex Picenti-
bus in Vmbros transgressus, Assisiū & Spo-
letum obfedit. Præterat Spoletio quidē Hero-
dianus, Assisio autē Sisifridus. Herodianus
igitur quanquam haberet munitissimam
arcem, tamen paucorum dierum induciās
pactus, cum interea nullum auxiliū super-
venisset, constituta die urbem & arcem tra-
didit, & ipſe cum militibus suis ad Toti-
lam transiit. Sisifridus autem fortius se gef-

fit. De pactione enim nunquam audire quicquam voluit, licet minus valida vrbe inclusus: s̄æpeq; eruptiones in Gothos egregias fecit, & aliquot præliis laudabiliter dimicauit. Ad extremum vero circunuentus ab hostibus pugnās occiditur. Cives autem Alsisini eius viri præsidio destituti, paucis post diebus se se ac vrbem Totilæ dediderūt. Deinde Perusiū exercitus a Totila ductus est. Præcerat autē Perusio Cyprian⁹, cuius supra inter Iustiniani duces mentionem fecimus. Eum cum Totilas neq; vi neq; promissis flectere valeret, Vliario quodam ex armigeris suis pecunia corrupto, per eum dolo ac fraude Cyprianum interfecit. Milites tamen post mortem Cypriani Vliarium persecuti, vrbem egregie defendebāt. Itaq; circa illam commorari diutius Totilas nolēs soluta Perufij obsidione, Romā petere contendit. Cumq; eo peruenisset, opportunis locis Romam circunsedit, non tamē agricultorū molestus. Nam toto hoc bello Totilas rusticos & agricolas offendit a suis militibus nunquā permisit. Romæ in præsidio erant Beffas vrws ex Iustiniani ducibus, & Conon ille qui dudum Neapoli præfuerat. Miserrat quoq; eo Bellisarius Artasiram genere Per-

sum, & Barbasionem Thracē cum non contemnenda militum manu, qui custodiæ vrbis vnâ cum cæteris intenderent. Cum igitur circa urbem Romā constitissent Gothi, egressi cū militib⁹ Artasira & Barbasio p̄se-
liū inierūt. Ac primo quidē cōflictu Gcthos in fugam verterunt: sed ipsi longius insecuri-
ti, tandem circunueniuntur a Gothis: maio-
riq; parte militum amissa, vix atq; anxie in
urbem refugerunt: atq; ex illo tempore de-
ficiente spc, caritas annonæ prius, mox etiā
fames secuta est. Neq; enim terra importari
quicquā poterat, affidentibus Gothis: neq;
mari, quoniā classis dudum a Totila in obli-
dione Neapolis coparata, tūc rursus struēta,
onerarias nauigare prohibebat. Et intra vrbē
Romā per hoc ipsum tēpus suspicio proditi-
onis inq̄s versabatur: ob quā Cetheg⁹ prin-
ceps senatus Roma pulsus Cētūcellas aufu-
git. Dum ea Romæ gerebātur, alias Gotho-
rum exercitus Totila iubente Placentiam
obsedit. Ea est vrbis magna iuxta Padū amnē
solaq; ex omnibus eius regionis ciuitatibus
Iustiniani permanebat in partibus. Bellisati-
us autem cū hæc intueretur, ac de periculo
vrbis Romæ plurimum sollicitus esset, ac ex
vrbē Rauenna opem ferre non valcret ob-

loca interiacētia ab hostibus possētā, & paucitatē copiarum suarū, abire illinc, & alia via auxilium ferre cōstituit. Itaq; Iustino cum manu militū Rauennæ relicto, ipse per Dalmatiā Dyrrachiū profectus, ibi venturas ab imperatore copias expectabat. Roma inter hæc durissime obsidebatur, & cuncta in derterius prolabi, & ad ruinā tendere videbātur. Valentinus enim & Focas a Bellisario p̄misi portuensem vrbē tenebant, atq; inde molestias & damna prope quotidianis incurSIONIBUS inferebāt hosti. Cū igitur aliquo tempore ea prospere fecissent, magnaq; ob hoc auxilia p̄buiissent obsecris, tandem p̄cipi-
• tati in insidias, & ab hostibus circunuēti interficiūtur, pauciq; ex eorum militibus vix & anxie in portū refugientes euaserūt. Traxit vero hæc p̄fectorum & militum cōdes statim post sc incommodum maius propter frumenti amissionem. Vigilius enim pontifex Romanus tunc in Sicilia degens cum fame premi Romanum populum cognouisset, magnam vim frumenti nauibus impositam Romā mittebat. Goths autem id sentiētes, cum iam appropinquarent naues, in portū pr̄ueniūt, & post turres ædificiæq; latentes, insidias struunt. Milites qui erāt in

oppido, haud multo prius amissis præfectis,
etisq; maxima ex parte sociis, pauci ipsi re-
sisti, aduersus hostes exire non ausi, de mœ-
nibus ac propugnaculis quassatione vesti-
um & manibus & clamore nautis significa-
bant insidias esse in portu: proinde cauerēt
ne illuc accederent. Nautæ vero, vt pote qui
neq; de aduersa pugna, neq; de cæde præfe-
ctorum quicquam audierant, illa quæ fie-
bant signa perinde accipiebant quasi lèxitizæ
adhortationisq; signa forēt. Itaq; ob hoc ip-
sum magis properantes, secùdo cursu portū
ingressi, a Gothis insidiatibus capiūtur om-
nes cū summa desperatione populi Roma-
ni, qui ab expectatione cius frumenti totus
pendebat. Et famæ quidem non iam tolcre-
bilis Romam premebat. Goths autem ob
hoc ipsum audacius instabant. Erat per id
tempus Romæ Pelagius quidā diaconus, qui
in hac difficultate famis permulta ac maxi-
ma pietatis opera in plebē Romanam edi-
derat, pecunias erogando, ac succurrēdo in-
digētizæ singulorū: ob quā liberalitatē nomē
cius prius magnum, etiā clarius factum est.
Ad hūc igitur Romani cōueniūt, postulatq;
suppliciter vt pro salute populi Romani le-
gatus ad Totilam proficiatur, paucorum

dierū inducias pētiturus, quibus diebus nī
auxilium superueniat, dēditionē vrbis To-
tilz promittat. Pelagius autē, quando ita ne-
cessē erat, populo paret : in castra ad Totili
cū his mādatis accedit. Totilas vero hoc ip-
sum fore cōiectura suspicat⁹ (ex trāffugis ēm
difficultatem obſessorum extremā cognō-
uerat) venientē ad ſe Pelagium honorific
ſuſcepit: ſed antequā Pelagius mandata ci-
poneret, ipſe præueniens lōga & acerba oratione
contra Romanos inuectus eſt, benefi-
cia Theodorici Gothorumq; in Romanos
exprobrās, ac perfidiam Romanorū in Go-
thos redarguens. Ad extremū cōclusit nul-
lam eſſe colloquii vel paſtionis viam, niſi e-
uersis mōenibus ſeſe ac ſua in arbitriū po-
ſtatemq; Gothorū Romani permittant, eis
paſſuri leges, quas ſibi victor tradidifſet. Hic
acerbitatē contumeliamq; orationis Pela-
gius audiens, non vltra cum eo iuſtendum
ratus, Quandoquidē, inquit, tu Totila vocē
legati audire non ſuſtinuisti, ſed anticipans
præcidisti omnē colloquii viam, ad deū con-
fugiemus, qui ſolet ſuperbas ac ſupra modū
claras hominū mentes ſuo iudicio deprime-
re. Hzc fatus, euſtigio in vrbem reuerſus
eſt. Romani autem Pelagium re iuſfecta re-

dire cernentes, quid agerent, aut quo se verterent, nesciebant. Hinc enim fames intolerabilis eos premebat: illinc vero Totilæ Gothorumque crudelitas ante oculos versabatur: potiusq; incedia mori, quā in suissimas Gothorū manus deuenire statuebat. His rationibus ea perpetuus est Romanus populus, quæ etiā cōmemorare miserrimū sit. Inter huc Iustinianus Ioannem cum exercitu ad Bellisarium remisit. Præbuit vero neq; tūc magnas copias, sed maiores parabat proximo transmittere. Cuius rei gratia Narsetem cubiculum ad Erulos miserat, & ad ceteras nationes barbaras circa Istrū incolentes. Etiam in Thraciam eorum quidam transferant: sed cum Dyrrachium peruenissent copiæ, ac de gerendo bello consultaretur, omnes uno ore ferendam opem Romanis censebat. Quomodo autem id fieri deberet, varix fuerunt sententiæ. Ioannes enim sua debat cum omnibus copiis per Calabriam & Apuliam proficiscendum esse, atq; ita Romam petendum. Simul enim eūtes, per facile victores esse posse. Quod si diuidantur copiæ, & alii terra, alii mari proficiscantur, nullam partem hostibus parem futuram. Bellisarius hanc ipsam sententiam laudatu-

rum se dicebat, si populus Romanus in tan-
ta extremitate constitutus nō foret: nūc au-
tem maxima festinatione opus esset: habe-
re vero per Calabriā & Apuliam iter per se
ipsum lōgitudinē magnā, & ab hostibus oc-
currētibus moras inferri posset. Mari vero, si
ventus adsit, quinta die in portū Romanū
classem peruenturā, ac ex propinquō certi
spem Romano populo allaturā. Audierat e-
nīm præfectorū suorū aduersam pugnam, ac
frumenti Siculi amissionem cognouerat. Ex
hoc desperationē ac difficultatem Romani
populi animo deprehendebat. Hac igitur
iētentia in concilio approbata, Bellisarius
cum classē Dyrrachio profectus, Hydruntū
peruenit. Gothi autē qui id oppidū obside-
bant, præsentia Bellisarii cōterriti, obsidio-
nem dissoluerūt, fugientesq; ab eius conspe-
ctu, Brundusium se receperunt, quod diūtac
ab Hydrunto duorum dierum itinere: con-
festimq; ad Totilam mittentes, significa-
runt Bellisarii aduentum, credētes eum ter-
ra iter esse facturum. Quod cum audisset To-
tilas, statim se comparauit cum exercitu ob-
uiam proficiisci. Sed cum Bellisarius postea
mari ferretur, idq; Totilas cognouisset, ad
resistendum circa vibem Romam totus in-

cubuit, maxime in eo sollicitus, ne Tyberi importari ad obsecros quicquam possit. Cuius rei gratia hæc prouidit. Locum eligens procul ab urbe vndecim milibus passuum, ubi flumen Tyberis maxime in arctum cogitur, trabes longas ab una ripa ad alteram in modum pontis constituit. In utraq; deinde ripa turrim ligneam effecit. Catenam insuper ferream ante pontem ipsum collocauit: praesidiaq; duo ab utraq; ripa ad catenæ capita exædificauit: turres autem ac praesidia militibus compleuit, qui pontem custodirent. Bellisarius inter hæc ad portū Romanū peruenerat: ibiq; expositis copiis, Ioannē & exercitū qui cū illo erant, expectabant. Romani vero Bellisarii cognito aduertu, meliori spe difficultates omnes tolerabant. Ioānes post discessum Bellisarii traiesto frēto, Gothos nil tale suspicātes inuasit, multaque in fugā versos persecutus est, ac primo impetu Brundusium cepit. Conciliatis deinde sibi Calabriæ populis, & ad benevolentiam Iustiniani traductis, multaque illis pollicitus, Brundusio abiit, quintisq; subinde castris ad urbem Canusium peruenit. Id quoq; oppidum in potestatem rededit. Non longe a Canusio vicus est Cannæ, in quo

memorabile illud prælium inter Hannibalem & Romanos fuisse perhibetur. In hoc loco Tullianus quidam Venantii filius, cuius magnum nomen, magnaq; auctoritas in Lucanis erat, Ioannem adit, docetq; Lucanos & Brutios non sponte sua, sed contumelijs Græcorum coactos hostibus adhæsisse. si benevolentiam & humanitatem scruate erga illos imperator velit, sponte sua populos esse redituros. Huic homini commendato amplissime, Ioannes omnia pollicetur, eiusq; utilissima opera vsus est. Totillas vero cum iam appropinquaret Ioannes, delectum suorum equitum Capuam misit, iubens ut intra mœnia consistant, demonstrationemq; sui quam minimam faciant: sed cum præterierit exercitus hostium, tunc a tergo ipsi subsequantur. Cetera vero sibi curæ fore inquit. Hæc res adeo conterruit Ioannem, veritum ne ab hostibus circuncniatur, ut omissa ad Bellisariū profectione, in Brutios & Lucanos iter conuerterit. Erat in Brutiis Richimundus quidam Gothus a Totila cum exercitu missus, qui eam provinciam contineret, ac circa Scyllā & Charibdim aditum custodiret, hunc improviso aggrediens Ioannes, primo impetu profligavit.

uit, cæsaque magna parte copiarum, reliquos vna cum duce in dditione accepit. Ex hoc iam Lucani & Brutii omnes a Gothis deficiétes, imperatorias secuti sunt partes. Et Ioannes quidem in his erat, Bellisarius autem assidue expectans, incredibili dolore conficiebatur, dñabatq; Ioannis ignauia, quod non aduersus equitatum qui Capuae fuerat, conflixisset, præsertim cum ipse vel optimum Hunnorum equitatum haberet, qui facile peruincere poterat, & profligatis hostibus iter suū continuare, neq;, quod turpissimum fuerit, metu conuertere. Hæc & huiusmodi Bellisarius culpabat. Cæterū quærelz inane erant. Ioannes enim in Apulia statuvis positis quiescebat, cogitationemq; Romam petendi omnino abiecerat. Timēs igitur Bellisarius ne obfessi destitutos se putent, ac ob desperationem aliquid sinistrum moliantur, statuit per Tyberim auxilium ferre. Nam per terram quidem non tantas habebat copias, vt congregati aduersus hostes valeret. Flumen & ingenium sibi spem affrebat per aquam ad urbem peruvadēdi. Hac igitur cogitatione insurgens, naues ducentas paravit ex eo genere nauigiorum quæ Dromadas græci appellant. Hæ sunt naues

mœnia vndequaq; lignea habētes, opportu-
nis locis perforata ad sagittas ac cætera tela
in hostes emittenda. Aduersus autē pontem
ac cætera impedimenta in flumine opposita
hæc excogitauit. Rates duas ferreis repagu-
lis ac tignis inter se q̄ firmissime colligatas
in flumine constituit, superq; his turrim li-
gneam ædificari fecit maioris altitudinis q̄
essent hostium turres ad tutelam pontis cō-
structæ. His ita paratis, frumenta & alia ne-
cessaria ad viatum quæ Romam deferre cō-
stituerat, Dromadibus imposuit, ac fortissi-
mos pugnacissimosq; milites concendere
in eas iussit. Cæteram vero multitudinem
iuxta ripam Tyberis incedere, ac trahere
rates cum turri mandauit. Per hūc modum
structa parataq; classis, ad hostes contendit.
Ipse quidem vnam Dromadum ingressus
princeps ducebat, cæteræ sequebantur. Ibat
vnâ & pedestris exercitus iuxta ripam illam
qua portus est. Misericordia quoq; Romam Bel-
lisarius ad Bessam, ut eruptione per id tem-
pus facta, hostes quam maxime distincret.
Sed Bessas neq; hoc neq; aliud quicquam
opportunum tota illa obsidione fecit. Clas-
sis igitur a Bellisario per eum modum stru-
cta, contra cursum fluminis contédebat. Go-

thi vero nullo in loco obuiam egressi sunt,
sed intra munitiones quieti perstabāt. Cum
prope pontem iam esset classis, stationem
hostium reperiunt, & præsidium vnum ad
caput catenæ impositum. Hoc igitur præsi-
dium Bellisarii milites primo impetu expu-
gnauerunt, sublataq; catena ad pontem
iuerunt. Ibi pugna durissima orta est, co-
natus Gothis pontem defendere, Bellisá-
rii vero militibus pontem peruinccere. Go-
thi enim ex castellis quæ erant ad capita
pontis, per pontem ipsum discurrentes, for-
tissime dimicabant. Milites autē nauibus ad
ponte ipsum adactis Gothos feriebāt, nec in
ponte consistere patiebātur. Inter hæc Belli-
sarius rates in quibus turris erat, q; proxime
ad turrim hostiū admoueri iussit. Cūq; adhæ-
sisset, vas a sulfure ac pie plena, q; ad hoc ip-
sum in summa turris parte suspensa ferebātur,
incēdi, & in hostiū turrim de superiori loco
demitti præcepit. Id cum factū esset, incidēs
in turrim hostiū ignis, confessim illam cum
omnibus Gothis qui in ipsa erant, cremauit.
Fuerunt autem non patriciores ducentis qui
eo incendio pericrunt, & cum his præfectus
cius præsidii, vir omnium Gothorū pugna-
cillimus. Inde iā maiori alacritate milites in

ceteros Gothorum ruentes, terga dare eos
cöpulerunt, ponteq; ceperunt, quem cöfe-
stim incisuri erant, & cu tota classe Romam
profesturi (neq; enim impedimenta supere-
rant ylla quo minus peruenire ad urbem, &
frumentum ceteraque necessaria inferre possent
cu summa Bellisarii gloria, qui classem illi-
usmodi excogitarat) sed fortuna, ut videtur,
aliud cöstituerat. Impedimentum enim no ab
hostibus, sed a suis coortum, mirabili casu om-
nia puerit. Hostia uterque tenebat Gothi, quæ
est in sinistra Tyberis ripa iuxta mare: por-
tus autem in dextera. Cu igitur Bellisarius cu
classe proficeretur, uxorem & res suas in
portuensi urbe reliquit, præfecitque oppido
Isaacem virum strenuum & fidelem cum satis
gradi militum præsidio, iubens & obtestans
ne quocunq; casu ex oppido discederet, sed
ibi consistens, oppidum tueretur. Cum
igitur turrim hostium Bellisarius incen-
disset, ut diximus: volant confessim nun-
ci ad portuensem urbem, atque, ut fit, vi-
ctoriam magnam grandius extollunt. Qui-
bus nunciis Isaaces exultans lætitia, ac se-
se animo attollens, quasi vesanus quidam
præceptorum Bellisarii oblitus, milites ca-
per arma iubet, ardoreq; & impletu delatus

ad inuadēdum stationem hostiū quæ erat in
alia ripa nō procul ab Hostia, cucurrit. In-
uadit subito Gothos, ac primo impetu pel-
lit. Sed hostes paulopost sese colligētes co-
hortantesq; aduersus Isaacem redierunt: cæ-
saq; magna parte militū qui cū illo erāt,
ipsum discussa eius vesania ceperunt. His
ita gestis, equites quidam Bellisario detule-
runt, Isaacem captum esse ab hostibus: quo
quidem nuncio percussus Bellisarius, nihil
ultra percōtatus est, nec vbi, nec quomodo:
sed ita accepit, quasi hostes portum cepi-
sent, vxoremq; ac cetera eius omnia habe-
rent in manibus. Itaq; tāto statim dolore af-
fectus est, vt loqui non valeret: retroq; con-
uersus, classem ac milites cursim reduxit,
certissimo proposito, vel oppidum recupe-
randi rebus adhuc recentibus, nec ab hosti-
bus stabiliti, vel in prælio moriendi. Per
hunc modum victoria iām parta a Bellisa-
rio deserta est. Cum ad portum peruenisset,
saluum esse oppidum, ac errore se deceptū
cognouit: tantumq; dolorem ex hoc susce-
pit, vt ægritudine correptus iaceret: secutā-
q; subinde febris longo ac periculo mor-
bo eum detinuit. Isaaces tantorum malorū
causa iussu Totilæ in vinculis occiditur ob-

vindictā Roderici p̄ffecti p̄fſidii, qui ex
vulnere in pugna ſucepto decesserat. Et o-
mnino Totilas humanitatem illam quā ab
initio regni ostēderat, in ſuperbiā crudeli-
tateq; cōuerterat: ſiue ſucceslibus animos fa-
ciētibus, ſiue & ficta ab initio virt' diu ſimu-
lari nō potuit. De populo certe Romano ſic
acerbe loquebatur, vt vel hic terror cauſa
fuerit pertinacius famem tolerandi, quòd
formidabant homines illius ſæuitiam atq;
immanitatem. Quandiu igitur tempus fuit
a Bellisario auxiliī expēctandi: ſupra vires,
ſupraq;, vt ita dixerim, humanitatem popu-
lus Rom. famem tolerauit. Omitto cætera:
equorum certe & aſinorū & mulorum car-
nes in deliciis per id tempus Romæ fuerūt:
canes & mures ac cætera immunda anima-
lia quidā edebāt: alii herbas omnis generis
quas etiā pecudes nō attingūt, comedebāt:
alii radicibus herbarū & corticibus arborū
veſcebāt. Sed cū de auxilio iā desperarēt,
in lachrymas lamentationeq; cōuersi, alii
ſponte ſua vitam finiebant: alii latitātes, per
noctem ſtationes hostium fallere niteban-
tur. Multos etiam fames & inedia intra pa-
rietes proprios necauit. In his calamitatib;
cum eiſet ciuitas, quatuor milites Iſauri de-

prodenda vrbe consiliū inierunt. Hi custodiā agebant ad Cælimōtanā portam, quā vulgo Asinariam vocant. Qui cū inter se id consiliū cepissent, fune per noctē a mœnibus demisso, per eum descēderunt: Totilāq; adcuntes, prodere sibi vrbē pollicētur. Totilas vero hortatus eos, ac multa pollicitus, quosdā ē suis cū illis misit, qui inspicerēt locū, & an fieri posset cōsiderarent. Isauri eos ad mœnia ducētes, per eundē funē illis spectantibus cōscenderunt. Ita te diligēter inspecta, cū fidem his adhibuisset: cōstituta ad facinus nocte, Totilas de prima vigilia armari exercitū, & ad se cōuenire iubet. Id cū factū esset, quosdā ē suis qui per funē cōscēderēt, prēmisit: ipse cū exercitu secutus, nō procul a porta cōstitit. Missi a Totila, vt cōpositum erat, ab Isauris recepti mœnibus: moxq; intra vrbē ad portā descendantes, securibus freti portas aperuerūt. Totilas igitur per hunc modū Romanam ingressus, exercitum ad portā cōtinuit: neq; suorū quenq; discurrere per vrbem passus est, sed retinēs apud sc̄ milites diē expectabat. Clamor subito ab ea parte exortus, hostes esse intra mœnia significauit. Inde mira trepidatio & fuga fuit. Abibit fugientiū agmina per eas por-

tas quæ diuersissimæ erat ab ingressu hostiū. Multi etiā ex nobilitate & plebe ad ecclesiā cōfugerūt: Cū dies tādē cluxit, per totā vrbem dilcurrent hostes: & quo scūq; natūri sunt ciuium, sine vllō delectu interfecrūt. Totilas vero a Laterano, vbi per noctē constituerat, mouens, ad beati Petri ecclesiā profectus est, quasi votum exoluturus. Iter faciebat per vrbem stipatus cateruis ferocis simorum hominū: qui nudis gladiis, ac sanguine distillantibus quoscunq; obuios sine vlla distinctione occidebāt. Emenso totius vrbis spatio, cū in Vaticanū ad beati Petri limina peruenisset: Pelagi⁹, de quo supra diximus, præsentiam eius formidans, solenni religionis habitu indutus, euāgelia Christi tenens in manibus, ac genua summittens: Parce, inquit, rex supplicibus tuis. Totilas autem superbo nimium aspectu, quasi dignans, Nūc, inquit, Pelagi mihi supplicatus venis? Ad quem Pelagius, Nunc, inquit, quando deus te mihi dominum esse voluit. Miserere igitur domine seruorū tuorū. Ex hoc Totilas quasi lenita ira præcepit vt nemo posthac feriretur, sed finis esset licentia gladiorum, & cædibūs. Præcepit etiā, vt nula ingenua fœmina, seu mulier, seu virgo,

seu nupta, seu vidua foret, violaretur: idq; se-
vere cum omni diligentia custodiuit. Bona
duntaxat Romanorū ciuium in prædā mi-
litibus concessit: corpora libera esse iussit.
Volens autem Gothorum mentes victoria
clatas deprimere, in concione postridie vo-
catus in hunc modū allocutus est. An quis
quam vestrum, cōmilitones, tātas mutatio-
nes intuens, quantz per hos annos contige-
runt, non formidet rerum humanarū fragi-
litatem? & vnde mutationes istz proueniāt,
non facile deprehendat? Omitto Romā do-
minatricem quōdam orbis terrarum in ve-
stras manus nunc deuenisse: hæc enim anti-
quiora sunt: ruinaq; huius vrbis non nunc
primū incepit. Ego nostra cōmemorare ma-
lo. Quid potentius ante hoc bellum fuit, q
Gothorum gens per Italiam? Ducēta milia
bellatorū ponebat in campo, armis, equis,
opibus, auro & argento affatim struēta. Ita-
liam vniuersam cum Sicilia, Corsica, Sardi-
nia, & Dalmatia possidebat. Hanc tantā po-
tentiam quis vnq putasset ab septē milibus
Græcorū (nec enim plures ab initio in Ita-
liam venerunt) fuisse subuersam? Quid autē
postea tenentibus omnia Græcis, ac plane
dommatisbus, quisquam ne putasset vos ad-

modum paucos & inopes aduersus viginti
milia Græcorum Italiam recuperasse: cum ab
initio quatuor equitum milia conficeretis,
ac præter Papiam Veronam & Taruisium ni-
hil per Italiam teneretis? Romam nūc tan-
dem caput rerum cepistis: quam Vitigis du-
centorum miliū exercitu, & annua obsedio-
ne subigere nequivuit. Maxima sunt hæc, cō-
militones, ac digna admiratione nō parua.
Atqui mutationum istarum causæ, si atten-
dere velimus, manifestissimæ sunt. Quādiu
enim Gothi æquitatem ac iustitiam inter se
colere voluerūt, res eoru ac potētia floruit.
cum vero plus habendi cupiditas transuet-
tos egit, tunc seditiones domesticæ, cædesq;
intestinæ, & proditiones clādestinæ inter se
ipsos coortæ, ruinam pepererūt. Rursus ve-
ro cū in Iustiniani duces hæ ipsæ labes trāsi-
uerūt, vos iam emēdati facile eos superastis.
Hæc igitur cōsiderātes, in hac viētoria ve-
stra minime superbire debetis, sed deum ve-
reri, ac mutabilitatē fortunæ expauescere:
illudque intelligere, imperia ac potentias
omnes perfacile amitti, nisi per iustitiam,
prudentiam, & industriam conseruentur.
Maximam igitur adhuc vobis commilito-
nes laboris partem restare scitote. Nā tuci-

quæsita difficultius est q̄ acquirere : quoniam
in acquirendo ignavia possidētis s̄pē plus
confert, quam propria virtus. Tueri autem
quæsita sine propria virtute nemo potest.

Hæc tū a Totila dicta sunt. Gothi autem
s̄pientiam regis sui laudauerunt. Post hæc
Romanis ad sc̄ vocatis , illorū ingratitudi-
nem erroresq; redarguit, quòd cum prius
fuissent in manibus Odoacri , opera Theodo-
dorici & Gothorum liberati ab illius tyran-
nide, tanta suscepissent beneficia, quāta vix
sciuisserint optare: propter quæ diuites atque
beati multos annos vixissent. Demum vero
nulla iniuria nullaq; cōtumelia accepta, cō
tra fidē ac iusjurādū ad Gr̄ecos defecissent,
homines leuissimos, & sine villa vittute: qui
statim obseSSI a Vitigide, nunquā prodire in-
aciem ausi fuerint: sed intra mœnia inclusi,
ac fame macerati, omne dedecus tolerau-
sint. Qui postquā nō armis, sed proditioni-
bus & fallaciis facti sunt dominī ciuitatum,
publicanis exactoribusq; & delatoribus o-
mnia referserunt. Qui ciuitates populosq;
Italiz mirabili acerbitate ad solutionē co-
rum tributorum cōpulerunt, quæ iam mul-
tis annis a Thedorico, ceterisque regibus
fuerat eis cōdonata atq; remissa. Qui ratio-

nes administratorum sub eisdem regibus a populis priuatisq; hominibus repoposcerunt: ut imperatoris sui inexplicabilis avaritia impleretur. Dicite, inquit, Romani, si quid vñquam mali a Gothorū regibus passi fueritis: dicite rursus si quid boni a Græculis istis accepistis vñquā: qui vobis amicis plura mala quām hostibus intulerūt: genus vitiōsum, ac maleficum, & in nulla re magisq; in mentiēdo efficax. Atqui Goths in Italia nati, & vñā vobiscū educati sunt: vobis autē peregrini & ignoti magis placuerunt, q; vestrates & noti: vñq; adeo quos amare debebat, odiatis, noua optates, & quietem fastidientes: quemadmodum equi otio & affluentia calcitrosi sunt. Vos igitur hæc cōtra reūtam fidem, contraq; utilitatem vestram patrati, pœnas merito lūistis hæcten⁹, & luetis. His dictis Romanos sine vlla spe bona dimisit. Per eosdem dies acta Iustinianæ nobilis mulieris causa est. Accusabant illā Goths & statuas Theodorici regis confringi deliriq; fecisset ob vindictam Boctii mariti, ac Symmachī patris, quos Theodoric⁹ necari fecerat. Quod obiiciebatur mulieri de statuis deletis, verum fuisse putabatur. Sed excusabat cā iustus dolor, quod magnos illos

viros iniuste necatos fuisse constabat. Qua ratione Totilas mulierē absoluit, & ab im- petu Gothorum tutam seruauit. Post hæc legatos mittere ad Iustinianum decreuit. Fuerunt autem legati, Pelagius, de quo su- pra diximus, & Theodorus quidam Roma- nus orator. Hos Totilas grauissimis iura- mentis obligauit, quòd mandata sua fideli- ter exequeretur, & quòd in Italiā quām ce- leriter possent, ad se redirent. Summa man- datorū hæc fuit. Si imperator ipsum & Go- thos in amicis habere velit, se vrbē Romā seruaturū, & in cunctis expeditionibus per- magna ac fidelia auxilia præstaturum. Si au- tem bellum cum Gothis habere malit, Ro- manū ad solum esse diruturū: quoniam neq; tueri illam in bello occupatus velit, neque hostibus eam relinquere. Scripsit etiam ad Iustinianum epistolam in hūc modū. Quæ facta sint de vrbē Roma, puto te omnia co- gnouisse: quorum vero gratia legatos ad te mittimus, ista sunt. Pacis dona optamus & suscipere, & exhibere, vt nuper sub Anasta- sio imperatore Rom. cum rege Theodori- co fuit: quorum concordia & pax tran- quilitatem illorum temporum, & per maxima cōmoda vtrisq; peperit. Si igitur & tu ciui-

modi mentis es, parentem merito te vocabo: meq; & Gothos in quibuscunq; expeditionibus auxiliares habebis. Sin alterius mētis es, a legatis intelliges quā sequentur. Legati igitur cum his mandatis in Græciam nauigarunt. Totilas autem expectans illorum redditum, Romæ cōsistebat. Bellisarius apud portum febri ac dolore animi confectus quiescebat. Inter hæc Ioannes in Lucanis & Brutis multa innouare prexit. Quare Totilas quoq; mittere in Lucanos, ac bellum resumere coactus est. Nec multo post certior fit de Iustiniani responso. Nam cum legati ad eum profecti epistolam primo redidissent, moxq; mādata exposuissent, & addidissent ipsi processus ac supplicia pro cōscrutatione vrbis Romæ in tanto discrimine constitutæ, nihil aliud ab imperatore respōsum est, nisi Bellisarium esse in Italia, in cuius potestate atque arbitrio res Italix commisisset. Id postquam Totilas intellexit, negari sibi cernens quod postulauerat: Ioannis etiam factum indignatus, qui se quiescetem, ac nuncios pro concordia missos expectantem bello lacerississet: de euertēda urbe Roma consilium sumpsit. Itaque insurgens mirabili crudelitate mœnia Romæ

plutibus locis ad solum cūerit. Fuit autem illa quæ cūerit, fere tertia pars totius ambitus murorum. Capitolium deinde incendit: circa forū & Suburam & viam factā omnia conflagrauit. fumabat Quirinalis mōs, Auentinus flammā incēdii cūomebat, fragor ruentium domorum vbiq; audiebatur. Inter hæc incendia multitudo urbana cum coniugibus & liberis sedibus patriis educebatur, ne deplorandi quidem miseriæ suas libertatem habens. Et populum quidem ac turbam per oppida Campaniæ dispersit: senatores vero ac patricios obsidū loco circa se retinuit. Roma post hæc cum toto exercitu egressus, eam desolatā penitus ac vacuam dereliquit, ut neq; vir quisquam, neq; fœmina in illa remaneret.

Incipit Liber Quartus.

Gressus Roma Totilas partem exercitus cōtra portū collocauit in loco qui dicitur Alzidone: ne Bellisarii milites quicquā moliti per eius absentiam valerēt. Ipse cum reliquis copiis ad-



uersus Ioannem in Calabriā prefectus est. Ioannes vero simul ac venire Totilam aduersus se cognouit, turpiter fugiens, & omnia derelinquens, non prius constitit, quām Hydrunto se recepit, quod est ultimū Calabriæ oppidum. Itaq; ubi ad eas partes Totilas peruenit, paruo momento Lucanos & Brutios & Calabros omnes præter Hydrutinos recuperauit. Per hoc tempus Spoletū a Gothis defecit. Custodiebatur tūc solummodo arx. nā mœnia Spoleti Totilas euerterat. Arx vero facta erat ex amphitheatro, quod antiquitus ea in vrbe exædificatum fuerat. Auctor vero defectionis fuit Martianus quidam Bizantius: qui cum inter custodes esset, inita cum.x.&.vij.milibus cōiuratione, præfectum præsidii interfecit, arcemq; Bellisario tradidit. Eodem fere tempore Tarētum repositum est, cum prius desertum ac desolatum fuisset. Reposuerunt eā vrbē Calabri, & alii populi bello domo pulsi. Nec primum eius vrbis magnitudinem, sed partem illius quandam iuxta portum mari vtrinq; cinctam occupantes, faciliter eius aditum a terra munierunt. Totilas redactis in potestatem cunctis. Lucanis & Calabriæ oppidis præter Hydrun-

tum, cum inde abire statuisset, præsidio militū apud Atheniēsum vrbem relicto, ipse cum reliquo exercitu Rauennā petere contendit. Inter hæc Bellisarius longa febri liberatus, audax cōptum, ac, ut multi putassent, temerarium moliri aggressus est: quod tamen postea magnanimū & laudabile apparuit. Constituit enim Romanam vrbem tūc desolatam occupare ex improviso, atq; munire. Hoc igitur in se celans consilium, relictis apud portū paucis militibus in præsidio cius oppidi, ipse cum cæteris omnibus quas habebat copiis profectus, nemine vel suorum vel hostium id suspicante, Romam occupauit, & incredibili celeritate munire illam perrexit. Quia enim subuersa erant mœnia, tumultuario opere muri aliquid refecit: fossas profundas ante muros egit: aggerem præacutis arborum ramis ab stipite sub terram fixis, & inter scese connexis communivit. Turres ligneas & propugnacula ad tutelam refeñti muri imposuit. Hæc summa militum volūtate & opera. xxvj. diebus Bellisarius perfecit: nauēsque a portu frequentes aderant frumentum ac cætera ad vitum necessaria importantes. Romani ciues, quorū multitudo per finitima oppida

166 DE BELLO GOTHORVM

constiterat, audita restituzione vrbis mirabilis desiderio in patriam remigrabant: præfertim cum ibi frumenti copia haberetur, cuius defectu alibi premebantur. Atenim Totilas postquam ita sensit, relictis cæteris curis Romam petere festinavit. Nondum portas vrbis imponere Bellisarius valuerat, cum hostes superuererunt. Neque enim fabrorum facultas aderat, a quibus refici potuissent. Gothi prima die non longe ab urbe contra portam Salariam castra fecerunt. Postridie vero sub ortu solis maximo tumultu atq; clamore ad expugnationem vrbis accessere. Bellisarius pugnacissimum quæc; militem delectum ad portā, reliquos per mœnia ac propugnacula collocauit: ac subeūtem desuper ferire hostem iussit. Pugnatum est vehementer ab utrisq;. Nam Gothi ea spe venerat, vt primo statim clamore urbem confiderent se esse capturos. Qui cum viderent contra, atq; ipsi rati fuerant, resisti: furore & ita incési ferebātur: temereq; subeuntes de superiori loco percussi cadebant. Maximo conatu & mirabili pertinacia illa die utrinq; certatum est, pugnaq; manc cœpta ad noctem durauit. Postq; tenebræ factæ sunt, Gothi in sua castra redierunt: Bellis-

rii autē milites partim in mōenibus & pro-
pugnaculis, vt erant, cōstiterunt: partim sta-
tionem ad portas egerunt. Ne vero hostes
per noctem improuisi adirent, tribulos an-
te portas frequentes iecerūt. Altera quæ se-
cuta est die Gothi eodem ordine ad urbem
accesserunt. Bellisarius autem & sui eodem
modo resistebant. Sed cum in longū trahe-
retur oppugnatio: milites qui stationē ha-
bebant ad portā, subito egressi pedē conser-
re aduersus Gothos, ac repugnare ex æquo
ausi, tādem ab ea parte in fugam hostes ver-
terunt, ac longe a porta multis vulneribus
summouerūt. Ita finis oppugnationi im-
positus est. Post hāc multis diebus intermissis
cum interim vulneribus curandis, & at mis
reparandis intendissent: rursus ad urbē op-
pugnandam Gothi subierūt. Bellisarius ve-
ro milites suos iā magis fidētes e porta edu-
cit: & nihilominus turribus & propugnacu-
lis aliam multitudinem imponit. Commit-
titur ante portam ptælium atrox. & vche-
mens: in quo cum signifer Totilæ lancea
transfixus equo ecedisset, signūq; prostra-
tum esset, summo studio concursum est ab
vtrisq; a Gothis quidem, vt signū seruarent,
nec tāta ignominiā susciperent: a Bellisarii

vero militibus, quò signi capti gloriam nāciscerētur. Tandē huius pugnæ exitus fuit, vt Gothi quidem signū reciperent: Bellisarii vero milites corpus signiferi obtinerent præter sinistram manum: in qua quia annulus erat aureus, Gothi eam absciderunt, ne hostes eo potirentur. His aëtis Totilas quia se frustra conari videbat, prælium diremit, ac postridie abiens, Tybur concessit. Eam quippe tenebat vrbem, vt supra diximus: maiorēmque in modum munita arce, his quasi castris aduersus Romanos vtebatur. Romani vero ne subitis incursionibus ab ea parte infestarentur, cunctos Anienis pōtes cuerterunt. Anio flumē in Hernicis oritur: decurrēnsque ex montibus planitiem secat inter Tybur & Romam. Habet vero præaltas ripas, & aquarum profunditatem non transmeabilem. Itaque pontes super eo principalibus viis existebant, ceu Salaria & Nomētana, & Tyburtina. His igitur tūc pontibus recisis, fieri discursiones aduersus vrbem Romam ab ea parte non poterant. Bellisarius post Gothorum discessum portas vrbis, earumq; ferramēta quiete iam fabricari: clavēsque vrbis Romæ, quasi iterū ab se partæ, ad Iustinianū in Græciam mi-

sit. Finisq; fuit duodecimi anni huius bel-
li. Proximo dehinc anno vt primū ver ince-
pit, Totilas Tybure profectus Perusiū du-
xit. Ea vrbs pridem obsidebatur ab alia Go-
thorum manu. Cumq; deficeret iam frumē-
tum, & cætera necessaria ad victum, Totilas
eo profectus est, quo obsidionem magis vr-
geret, ac omnē spem obsessis auferret. Dum
circa Perusium vrbem Totilas cōmoratur,
Ioannes cū audisset Totilam in obsidione
occupatum esse, senatores vero ac patricios
vrbis Romæ quos secum Totilas eduxerat,
per Campaniæ oppida sub militum custo-
dia reliquisse, famā sui nominis extendere
cogitauit per illorū liberationem. Mouens
igitur ex Calabria cum delecto equitatu,
neq; dic, neq; noctu intermisso itinere in Cā
paniam venit. Totilas vero per idipsum tē-
pus hæc eadem suspicatus, validam Gotho-
rum manum in Campaniam destinauerat.
Hi cum Minturnas peruenissent, ibi substi-
terunt, partemq; suorum aliquam præmisse-
runt, qui oppida specularentur: forteq; for-
tuna accidit, vt Goths equites præmissi, in
Ioannem eiusq; equitatum inciderent: ita-
timq; pīxlium inter eos cœptum est. In quo
prævalens Ioannes, multis corum occisis

plurimis vulneratis eos in fugam vertit. Ea profligatione etiam hi qui Minturnis remāserant, conterriti aufugerunt. Et Ioannes abducendi quos voluit permagnā habuit facultatem. Nam oppida Campaniæ sine mœnibus erant. Iampridē enim Goths illa cuerterant. Itaq; ex Sagulis oppidis Romanos capiens, omnes qui ibi reperti sunt, de manibus Gothorū liberauit, atq; abduxit, præter Clementinū & Orestē, quorum alter abire noluit, imperatōrē formidans, alter defectū e quorū causatus in ambiguo remāsit. Non multitamen senatores in Campaniā reperti sunt, sed mulieres senatorum plurimæ. vii enim nocte illa qua Totilas urbem cepit, pleriq; militum agmē secuti, in portuensem urbē refugerant. Totilas vero cū hæc quæ a Ioanne facta sunt cognouisset, valde cōmotus est, pœnasq; a Ioanne sumere constituit. Itaq; parte copiarum in obsidione Perusij relicta, ipse cum reliquo exercitu magnis itineribus per Picentes & Marsos & Pelignos in Apuliam properauit, transuersisq; itineribus profectus non prius destitit q; in Calabria repertum Ioannem repente inuasit, & cum toto exercitu profligauit, castra etiam cepit. Non tamen permagna cædes facta est

a Gothis. nam erat nox cum aggressi sunt
castra . quare faciliter latitando milites in
proximos motes euaserūt. Ioannes & Arnul-
phus Erulorū ductor, qui vna cū Ioāne mili-
tabat , Hydruntum ex fuga se receperunt:
militesq; postmodum diuersis itineribus ad
eos conuenere. Hxc Totilæ victoria maxi-
mc nomen cius inclytum reddidit. Præcla-
rum enim visum est, regem a Perusii mœ-
nibus in Calabriam v̄isque tanta celeritate
iter fecisse, quanta vix nūdus viator grade-
retur. Nec ipse lectica aut rheda delatus, sed
pari cum militibus labore equo profectus,
armisque suis oneratus incessit. Haud mul-
to post id prælium aliæ a Iustiniano copiæ
in Italiā missæ, Hydrūto applicare cœpe-
runt. Permotus enim imperator crebris Bel-
lisarii literis, qui conditionem belli signifi-
cans supplementa postulabat, nouas copias
in Italiā mittere decreuerat, & Bellisario
scripserat, vt in Calabriam se transferret ad
recipiendos milites, & bellum aduersus ho-
stes illic gerendū. Ductores vero nouarum
copiarū erant Valerianus Armeniorū du-
ctor, & Nerus Erulorū. Bellisarii cū impera-
toris literas mandataq; succipisset, cæteris
Romæ & apud portū relictiis copiis sub cura

& gubernatione Cononis legati, ipse cū nō gentis militibus delectis, quorum septingēti equites, ducenti pedites fuerūt, mari delatus Calabriam petere contendit. Erat vero propositum cius, Tarenti copias exponere, quod abest ab Hydrunto bidui itinere: eoque in loco reliquum exercitum cogere. Sed vēto aduersante, contra propositum animi sui Crotonis in portu copias exponere coactus est. Vix enim tempestatis nec ante, nec retro nauigare poterat. Crotonis igitur expositis copiis, quoniam his in locis pabuli facultas non erat, equites a peditibus separare compellitur. Ipse enim cum peditibus & uxore Crotonis remansit, quō Ioannem cū ceteris copiis ad sc̄ vocaret. equites vero ultra progreedi iussit, & in finibus Turinorum cōsistere. Sic enim perfacile sibi & equis opportuna reperturos, ac futuros tuto in loco: quoniā Lucani montes in Brutios discurrentes, duas valles arētis aditibus faciunt: nec procul ab altera valle iuxta littus maris Ruscia est, Turinorum castellum: supraq; illud est oppidum remotius a mari arduo loco situm, quod Ruscianum vocant. Id oppidum Ioannes pr̄fūdū militum custodiebat. Belisarius igitur equites suos ad h̄c loca di-

misit, cīsq; p̄fecit Phasam generē Iberum
pr̄stantissimum bello virum, & Barbasio-
nem Thracē: custodireq; assidue aditū ius-
fit. His equitibus, cum ad ea loca venissent,
casu quodam obuii fiunt equites hostium,
quos Totilas ad tentandum oppidum miser-
at, quod supra diximus Ioānis p̄fūdīo cu-
stodiri: p̄flioq; commisso Bellifarii equi-
tes licet pauciores numero, tamen facile su-
perarunt, ac supra ducentos ex hostibus oc-
ciderunt. Stantes vero in his locis, vtpote vi-
ctores, & procul ab oculis sui ducis commo-
rantes, neq; ordinem, neq; disciplinam scr-
uabant. Vagantes procul a signis, vigilias
negligentes, nec exploratores mittere, nec
speculatores habere curabant: nec arcta val-
lis, quā facile arcere hostem poterant, custo-
dire. Qux postquā Totilas cognouit, cum
tribus equitum milibus profectus, eos nihil
suspicentes inuasit. fauces enim illas aditus-
q; prius transgressus est, quā Bellifarii equi-
tes venturum sensissent. Hinc cedes & pro-
fligatio ingens fieri cœpta. Phasas & Barba-
sion erant p̄fecti: quoq; Phasas cum tur-
ma suorum equitum Totilæ ocurrēs, mi-
rabilia virtutis opera edidit, ipseq; cum om-
nibus suis equitibus id extremū occubuit,

Barbasion cum duob⁹ tantū comitibus auffugit: cæteri vel capti vel imperfecti sunt. Fuerunt & qui statim fugam arripientes, ad Bellisarium tantæ clavis nuncii euaderent. Bellisarius amissio equitatu, cum suspicatur hostes aduersus se esse venturos, naues propere conscendit, ac magno cum dolore se se ventis permittens eadem illa die Messanam in Siciliam delatus est, quæ distata Cro tone milia passuum circiter nonaginta. Totilas vero cum ea perfecisset, ac vires hostium turbatæ essent, Ruscianum oppidū obsidere constituit. Erant enim in eo oppido trecenti equites a Ioanne collocati, & pedites centum a Bellisario nuper missi: præterea Italoru equites & pedites magno numero: quibus si obsiderentur, satis mature defuturi commeatus videbātur. Hac igitur spe Totilas oppidum circunsedit. Per hoc tēpus milites a Bellisario Romæ relicti, Cononem præfectum suum interfecerunt, irati & indignantes q̄ ille mercatura frumentaria clādītine inita pretium annonæ quotidie augebat. iidē milites a Iustiniano per legatos postularunt huius delicti absolutionem, asserentes, nisi id concedat imperator, ac stipendia insuper eis debita soluat, se Romā Totilz cī-

et tradituros quo quidem metu omnia illis
sunt concessa. Obsessi vero apud Ruscianū
oppidum cum defectu annonæ premeren-
tur, sermone cum Totila habito certi tem-
poris inducias paciscuntur, intra quod tem-
pus nisi veniant subsidia, oppidū dedere pro-
miscerunt. Ex hoc iam apparatus fiebant a
Ioanne quidē vt illis opem ferret, a Totila
vero vt prohiberet: Inter hæc Bellisarius
ex Sicilia Hydrūtum venerat, & Valerianū
militesq; nouos a Iustiniano missos suscep-
rat itaq; copiarum abunde erat. Nec deērāt
naues quibus ad liberādos obsidione socios
vehērētur. Omnibus igitur paratis, ac mili-
tibus nauibus impositis, Rusciā nauigarunt.
Obsessi vero classem cernētes (nam oppidū
celso loco situm marē prospicit) ingenti læ-
titia exultantes constituta die dēditionem
facere noluerunt. Nec multo post classis
vento dissipata variis in locis naues diuisit.
Deinde cū in Crotonis portu simul conue-
nissent, rursus inde mouentes Rusciā pe-
tierunt. Totilas cum appropinquarent na-
ues, Gothos armari fecit, ac eos per littus
contra proras nauium disposuit, hastis &
 sagittis appellere classem prohibētes. Quos
cum viderēt Græci, ac periculum horrerēt,

commorati aliquo tēpore iuxta littus quasi
mox descensuri, tandem re desperata con-
uersis retro proris abierunt. Cōsultantibus
deinde quid agendum foret pro obſefforum
ſalute, placuit ut Ioannes & Valerianus cum
equitatu ac cæteris copiis in agrum Picenū
proficiſcerentur, ibi q; bellum tumultuofe
inferrent, quò Totilas ſuccurrere ſuis rebus,
ac obſidionem ſoluere cogeretur: Bellifari-
us autem cum claſſe Romam nauigaret ad
ſeditionē militarem, de qua ſupra diximus,
compeſcendam, ac frumentum claſſe cōue-
hendum. His in consilio decretis, Ioannes
mature iter arripuit per Apuliam & Marsos
in Picentes vadens. Valerianus claſſe defer-
ri maluit. Itaq; nauibus delat⁹ Anconæ mi-
lites exposuit, ac ſe cum Ioannis exercitu
coniunxit. Nec ob eam tamen rem Totilas
obſidionem diſſoluit, ſed duobus equitum
milibus in Picentes miſſis, qui aduersus Io-
annis Valerianiq; copias tuerentur oppida,
ipſe cum reliquo exercitu in obſidione per-
mansit. Obſeffi vero cum penitus iam nocel-
faria deficerent, nec vlla ſpes auxillii ſupereret,
Deoferum Italicum & Godilā Thrace
ad Totilam mittunt ſalutē ac veniā poſtu-
lantes. Hi p̄zter expectationem ſuam per-

facile Totilam repererant: vni scilicet duntaxat
 sedis fragiu imputare dixit: eiusq; vnius pœ-
 na fore contentu: ceteris omnibus impuni-
 tate concedere, si secum militare velint, omnia
 sua retenturis: sin abire malint, cum singulis ve-
 stimentis abituris. Per hunc modum oppidu
 recepit, & Colassetu praefectu praefidii, qui au-
 thor fuerat oppidi secundu cōuenta nō red-
 dendis, verberatum prius ac mutilatu interfici
 iussit. Ceteris promissa ex fide seruauit.
 Remansit vero cum Totila magna pars mili-
 tum, quo res suas retinuerent. Alii reliquis ar-
 mis & equis & rebus suis omnibus, cum singu-
 lis vestimentis Crotonē abierunt: oppidanoru
 bona in praedam militibus suis Totilas co-
 cessit, corpora tamē libera esse iussit. Per hoc
 tempus Antonina Bellisarii vxor Bizantiū
 protecta est, quod Theodorā Iustiniani uxori
 rem rogaret pro Bellisarii ab Italia reuo-
 catione. Sed cum Theodoram pauloante defun-
 etam esse repertisset, ipsa pro se Iustinianum
 adicens, multis precibus cum illo egit ut ma-
 ritus ex Italia reuo caretur. Et impetravit qui-
 dem faciliter, praesertim cum belli Parthici tem-
 por ingens adesset. Ita Bellisarius ex Italia
 reuoatus, quinquennio fere postquam vene-
 rat in Graciam rediit, non eadem fortuna

fretus in hac vltima expeditione, qua fretus fuerat in prima. Romæ vero abiēs tria milia delectorū militū in præsidio reliquit sub duetu & gubernatione Diogenis legati viri prudenteris, & bellorū gnari. Eo abeūte Gothi Perusiu lōgo tēpore obſeffum vi & armis ceperūt. Totilas expeditis Calabriæ Apuliaq; rebus, ad obſidionē vrbis Romæ redire cōſtituit. Eaciebāt vero ſibi animos Bellisarii recef- fuf, & vbiq; per Italiā proſperæ Gothorū res, Græcorū aduersæ. Cōtrāctis igī vndiq; copiis, cū ſatis parata eſſent ónia, Romā veniēs yr bē obſedit. Erāt Romæ in præſidio delectorū militū tria milia cū Diogene eorū duce, viro ſingulati. hi vigilādo & agēdo, & opportunitis locis repugnādo, vt bē q̄ optime tutabantur. Itaq; in longū tempus ptracta obſidio eſt, nec ſpes vlla Gothis niſi in fame reliqua. Durāte apud vrbē obſidiōe Vigili⁹. Pōti, Ro. qui tūc Bizātii erat, cūq; eo permulti ab Italia p̄ræſtates viri ſummo ſtudio Iuſtinianū precabātur, vt Bellisariū cū inæſtimabili potētia in Italiā remitteret ad obſidionē vrbis Romæ diſſoluendā alioquin rcs ad maniſtam tendere ruinā oſtendebāt. Hęc ea- dem Godingus vir cōſularis a Po. Ro. missus orator, precabatur Iuſtinian⁹ autē ſibi cura-

fore res Italiz̄ respódebat: ceterū differēdo,
 ac procrastinādo nihil efficiebat. Tandē ve-
 ro cū acrius infestaretur, Liberiū quendā ex
 nobilitate Romana Italico bello ducē pro-
 nūciauit, apparatusq; faciēdis ab initio ve-
 hemēs fuit: mox aliis superueniētibns curis
 intermisit. Itaq; irrita expēctatiōe inter mo-
 ras & apparatus tēpus transiit. Roma interea
 durius obsidebat. Gothi enim expugnata
 portuēsi vrbe, ne quid per Tyberim ad ob-
 sessos importari posset, effecerant. Oppida
 quoq; finitima vrbi sc̄re ónia in potestatē su-
 am redegerāt, nequa subsidia inde Romā de-
 ferrētur. Sed erat legati & militū incredibi-
 lis diligētia. Iam pridē enim h̄c p̄xuidētes
 omnia intra vrbem loca quæ vacua ædificiis
 erāt, frumēto cōseri fecerāt. Ex quo factū est
 vt deficiēte vetere frumento, nouū intra po-
 mœria natū superueniret. Per hūc modū lō-
 go tēpore obsidionē pertulerūt. Deniq; ser-
 uassent vrbē, nisi ad extremū proditio pau-
 corū eos peruerterisset. Ad portā enim quæ est
 via Hostiēsi, qua ad beati Pauli ædē itur, sta-
 tio erat militū Isaurorū. Hi post longā obsi-
 dionē q̄stī inter se quodd multorū annorū sti-
 pēdiis fraudarētur, simulq; grādia sperantes
 p̄xmia, clā ad Totilā p̄fecti, tradere sibi cā

130 DE BELLO GOTHORVM

portā cui præsunt paciscūtur, tēpusq; & modū ad rem patrandā cōstituūt. Cū vero nox cōstituta pditioni aduenit, Totilas hæc machinatur. Duabus nauiculis in flumine Tyberi dimissis, tubicines imponit, iubēs ut per aduersum fluuiū nauigātes, sub ambitū murorum penetrēt: cūq; ibi fuerint, tūc repēte clangorem tubarū quā terribilē emittant. Ipse vero cū exercitu silentio profectus, nō longe ab ea porta de qua diximus, consedit. Omnia successere secūdū Totilx optata. Tubicines enim nauiculis aduecti, cum ad eum locum venissent, terribili ac repentina tubarū sonitu Romanos perculserunt, hostes ab ea parte adesse putantes. Et vndiq; ad cū locū concursum est, & qui vigilias circa urbem obibant, eò trepidi decurrerūt. Dumq; omnes cōcursant, ac cætera negligūt, proditores soli relicti porta refracta Totilam & Gothos intra urbē reepperunt, statimq; cædes fieri cæpta est Romanorū & militū: nec iam de resistendo, sed de fugiendo cogitatū. Fugiebant vero per diuerias maxime portas. Diogenes præfectus, quoniā nulla remedia superesse videbat, cū parte militū Roma egressus Centūcellas petere contendit. Sed Totilas hoc fore suspicatus (nā cæteris amif-

sis id fere solū relinquebatur oppidū) insidi-
 as eo itinere collocauerat, in quas incidens
 Diogenes, magna parte militum amissa ipse
 grauiter vulnerat⁹ vix atq; anxie eusit. Erat
 Romæ inter cæteros ductores Paulus quidā
 ex Sicilia præfектus equitū turmæ. Is in hac
 turbulentissima nocte cū per vrbē captā plu-
 ribus locis prælia iniisset, tandem ad molem
 Hadriani cū suis equitib⁹ se recepit. Orta de-
 dum luce, per vrbē redundatibus Gothis, cū
 & capitoliu & Exquiliu ac cætera vrbis loca
 iam capta essent, ad molē tamē Hadriani ve-
 hemētissime pugnabatur. Habebat eñ Paulus
 equites quadringētos, cum quibus & mo-
 lem & pontē qui iuxta est, egregie defende-
 bat: pugnaq; in ipso ponte cōmissa, multos
 Gothonū occiderat, ac demū vltra pontem
 summouerat. Quæ cernēs Totilas, suos a pu-
 gna reuocauit. Nullo meorū sanguine mihi
 constet, inquit, horū interitus. Ego vel sedēs
 istos conficiā, cum nec ipsi nec equi habeāt
 quo in crastinū vitam sustentēt. Ita reuoca-
 tis a pugna suis & stationibus militū contra
 pontē molēq; positis, nullas obſessis molesti-
 as inferri iussit. Paulus & equites diēm illam
 totam, & noctē infœcūtā absq; cibo cōmora-
 ti, postridie consultabant quid agēdū sibi

potissimum foret. Erant qui equorū carni-
bus sustentandā obsidionem suadebat. Hoc
rursus consiliū horrōre quendā insoliti cibī
habere videbatur. Fugæ vero spēm circūfu-
sa Gothorū agmina præripiebant. Restabat
deditio. Ea vero plena terroris ac dedecoris
erat. Itaq; Paulus suscipiens verba, Vt cunq;
inquit, nos vertamus cōmilitones, extrema
nobis adesse videtis. Nam fugæ quidē nulla
facultas est, circūfusis hostium copiis, ac nos
impigre obseruantibus. Dedi vero Gothis,
supra turpitudinē vilitatemq; consilii, cruci-
atus insuper excarnationesq; portendit.
Barbarorū enim sœvitia simplici mortis ge-
nere contenta esse non solet. Durare vero in
obsidione, ac cibo eorum pasci, corū forsi-
tan esset, qui auxilia sibi ventura expectarēt.
Nobis autē carentibus ea spe, nulla ratio sua-
dere hanc tolerantiam potest, nisi vilissima
protractio mortis, ceu pueri formidolosi do-
lore confici malunt, q̄ ferro secari. Ego vero
didi hostibus, & tabescere inedia, corū puto
qui cor & sanguinem non habent. At nobis
manu strenuis, & præliorū non insuetis, glo-
riosā mors ēst complectēda. Sic enim mori-
amur, vt sanguine hostiū madentes nō inul-
ti cadamus, nec rideat hostis nostro interi-

tu, sed fleat: nec iugulum nostrum præbeamus hosti, sed eius iugulū ferro nostro perfringamus. Quid enim paucorum annorum accessio nobis prodeisset, cum et si nunc servati, tamen paulo post simus obituri? Gloria extendere vitam hominibus potest, natura non potest. Ite igitur tecum ad gloriosam mortem, quam ciues simul & hostes admirabuntur, ac laudibus in cœlum perpetuis ferent. His dictis incensi equites, sese morti deuouerunt. Quare complexi sese inuicē & osculati, certissimo moriendi proposito ad dimicandum se parant. Erat enim consilium, in proximam stationem Gothorū rure, factaq; per magna hostium cæde interire. Quos cum videret Totilas ad extremū casum parari, veritus ne hominum desperatorum conatus maiorem quā pro numero cladem Gothis afferret, caduceatore ad eos missa electione permisit, mallént ne relicti armis & equis incolumes abire, an omnia retinentes secū militare æquo iure cū aliis milibus. Ea cū audissent equites, latati sunt, ac primo sua relinquere, & Bizatiū abire malebant. Postea vero cogitantes longū iter, & insidias viarū, elegerūt omnes apud Totilam remancere, præter Paulum eorum ducem &

Múdum Isaurū. Hi duo quia gnatos & vxores domi habebát, abire maluerūt, quos Totilas viatico ac cæteris opportunis liberaliter adiutos Bizantiū remisit. Alios quoq; ex præsidio milites qui ad ædes sacras confluérant, Totilas inuiolatos esse iussit. In urbē vero Romam neq; desæuiit amplius, neq; desolare illam ut prius fecerat, perrexit, sed ciues tam ex Campaniæ oppidis quā ex cæteris locis studiosissime reuocauit: ludosq; equestres ac cætera magnificètiæ opera quæ in beatis trāquillisq; ciuitatibus fieri cōsueverūt, insigni apparatu Romæ edidit, quò ciues bonam spem susciperent, ac desiderio urbis allicerentur. Aedes quoq; vel euersas vel incendio prima illa desolatione conflagrata restituere ac reparare nisus est. Denique tantum frequentandi Romam studiū ostendit, quantum prius ostenderat desolandi. Hanc tantam varietatē mutationemq; voluntatis, alii ex voto Apostolis facto prouenisse credūt, quorum templa euertisse vide ri poterat cum ciuitatem euertit. Alii ad virilitatem opportunitatemq; belli totum refeabant. Alii postulanti nuper Totilz regis Francorum filiam in matrimonium, fuisse responsum tradunt, non esse Totilam Italiz

regem, cum urbem Romam euerterit. qua infamia permotū ferunt ad urbē reparandā animum iure conuertisse. Quacunq; de niq; causa factum sit, restituere ac reparare urbem Romam conatus est. Post hæc in Siciliam expeditionē parauit. Cuius rei gratia permagnam longarum nauium classem effecit. Addidit etiam onerarias naues per multas. Dum ea parat, Cētūcellas, quæ vna vrbs nondum in potestate suam peruenierat, mari terraq; obsidere cōstituit. Præcerat autē ei vrbi Diogenes, quem nuper fugisse Roma ostendimus. Collegerat verò manū satis validam militum. Cum igitur Gothorum exercitus Cētūcellas adiisset, ac prope moenia eius vrbis posuisset castra, Totilias ad Diogenē legatis missis, vt vel pugna decerneret aduersus Gothos, vel urbem detet, postulauit. Nam expectare a Iustiniano auxilium nequaquam cum debere, cum Romæ tandiu obsecrare nunquam subuenerit: nisi forte existimet illum Centumcellas pluris facere quam Romam. Ad hæc Diogenes respondit, sibi quidē pugna decernendum in præsentia non videri: dedere vero urbem salua existimatione ac fide sua non posse, nisi imperatore commonefacto, & au-

xiliis postulatis. Atq; ita cum iusta ac honesta dicere videretur, conuentio quædam fit inter Diogenem & Totilam, nisi Justinianus imperator certior factus, per se, vel per alium opem tulerit, ad constitutam diē Centumcellas Diogenem esse traditurū, Totila vero interea molestias nullas inferre debere. Pro his obscurandis obsides dati. Post hæc cōuenta, obsidionem Totilas dissoluit, & paratis iam omnibus quæ parāda fuerat, ad bellum Siciliæ conuersus est. Et naues quidem ad fretum Siculum præsto ibi fore mandauit: ipse vero pedestri itinere Rhegium usq; profectus, cam urbem expugnare adortus est. Præterant urbi Teremundus, & Imereus a Bellisario dudu ibi collocati. Hi saepius expugnare conatos multis vulneribus Gothos repulerunt. Quam ob rem desperans Totilas vi posse urbem peruincre, lenta obsidione ad famem redigere instituit. Itaq; manu quadam Gothorum ibi relieta, cæteram multitudinē classe ad expugnandum Tarentum duxit, ac faciliter eam urbem cepit. Transgressus deinde in Siciliam, cum minora quædā oppida vel vi vel paetione in potestatem suam redegitset, tandem Syracusas mari terraque obsedit. Per idem

tempus Gothi quos in Picetes aduersus Ioannem & Valerianum missos ostendimus, magnis supplementis acceptis, ac superiores bello facti, Ariminum cepere. Nec procul Rauenna cōseruo alio prælio, Netum Eruorum ducem cum omnibus copiis interficerunt. Et qui in vrbe Rhegio obsidebantur, Teremundus & Imereus, deficiente commeatu sese ac oppidum Gothis tradiderunt. Hæc simul omnia sub vnum tempus Iustiniano nunciata: cū & Rhegium & Tarrentum & Ariminum capta, & transitum in Siciliam Totilæ audisset: attonitus tot rerum motibus, Germanum patruellem suum Italiam belloq; Gothicō ducem pronunciauit: magnosq; subinde apparatus fieri iussit. Huius rei fama cum in Italiam delata esset, hostes cōterruit, & amicos in spem maximā crexit. Erat enim Germanus vir alti animi, nec minoris cōsilii, liberalitate egregia, ac summa apud populos militesq; gratia. Et accedebat his quodam malefuentia Theodorici neptem post mortem Vitigidis vxorem acceptat. Quæ quidem res fauorem Gothorum sibi plurimum conciliarat. Itaq; statim fama ingens, maximaq; expectatio eius per Italiam erat. Cum esset iam in Illyrico Ger-

manus. Sclauoniorū gens trāsmisso Danubio Romani imperii prouincias inuasit, genus hominum crudele atq; immane: qui cū se in Macedoniam Thraciamq; conuertissent, tantum Iustiniano metum intulerunt, vt Germanum iter in Italiam cœptum intermittere iuberet. Ea mora interueniente Gothi per Italiam & Siciliam peruadendi omnia tempus facultatemq; plurimam habuere. Inter hæc dies cōstituta aduenit, qua Diogenes Centūcellas tradere pormiserat. Et Totilas ad cū mittens vrbem poposcit. Diogenes vero Germanum ducem nouiter præfectū Italiz belloq; allegabat: ob id mutatam conditionem rerum: nec posse se vrbem tradere asserebat, cum ipse Germanus rei dominus in itinere existat, ac propediē sit in Italia futurus. Totilas in Sicilia Syracusas obsidebat, exercitusq; Gothorum nullo repugnante per vniuersam Siciliam discurrens omnia prædabatur. In Italia vero Ravēna, & Ancona, & Hydruntū, & Cētūcellæ cū aliis quibusdā oppidis durabant in imperatoris partibus. Cetera omnia Gothi possidebant: vna modo spes homines sustenabat Germani aduētus, quæ & ipsa defecit. Nam cum vehementer in Italia expectare-

tur, morbo corrept⁹, magno cū dolore suo-
rum in Illyrico diem obiit. Habebat Ger-
manus filios duos, quos secū in Italiam du-
cebat. Eos imperator prosequi paternū Ita-
liae cōceptum mandauit vnā cum Ioāne Vi-
taliani noto iam per Italiam duce ipsorum
affine. Nam Ioannes filiam Germani uxo-
rem habebat. Itaq; Ioannes ac Germani fi-
lli ex exercitu ducētes, Salonas peruenierūt.
Et quoniā hyems erat, hybernare illic cō-
stituerunt, primo statim vere Rauennā tra-
iecturi. Per hæc ipsa fere tempora Liberius
a Iustiniano cum classe in Siciliam missus
Syracusas ingressus est, Gothis qui stationē
in portu habebāt, prohibere ingressum ne-
quaq; valentibus. Sed mox veritus rerū ne-
cessariarū defectū, quē suorū multitudo in
vrbe obsessa brcui tēpore inducturavideba-
tur, abire cōstituit. Itaq; paucis pōst diebus
cum eadem classe Syracusis abiens, Panor-
mum nauigauit. Inter hæc Iustinianus mu-
tato rursus proposito Narsetem Eunuchū
Italico bello ducē p̄fecit : illiq; pecunias
& exercitum large promisit. Et Ioanni scri-
psit ne in Italiam traiiceret, sed Salonis ma-
nēs aduentū Narseti p̄stolaretur. Narses
igitur suscep̄to impigre negotio, magnas

vndiq; copias parare instituit: in quibus cō-
parandis gratia eius ac pōtentia plurimum
adiuuabat. Erat enim arcanorum impera-
toris omnium conscius ac moderator, per-
magnasq; amicitias & clientelas cum regi-
bus proceribusq; barbarorum habebat. Ap-
paratibus factis, & copiis in Illyrico sibi ad-
esse iussis, cum ipse ingressus iter, Poliopo-
liū, quæ est in Thracia, iam peruenisset: cō-
sistendi ac morandi in ea vrbe necessitas in-
cubuit. Hunni siquidē magno exercitu Ma-
cedoniam Thraciamq; ingressi, cuncta po-
pulabantur, ac vias præcluserant. Tandem
vero cum pars Hūnorū vna Thessalonī-
cam, altera Bizātium petiisset, prosecutus in-
de Narses iter suum prosecutus est. Iā To-
tilas cognito apparatu hostium in Italiam
redierat. Siciliensi autem bello quatuor ex-
ducibus suis præfectos reliquerat. Ipse quæ
opportuna videbātur, per Italiam prouide-
bat. Ut vero & ipse potentiam suam aduer-
sus Græcos ostentaret, ac vice versa eos in-
uaderet, classem magno natum longarum
numero in Græciā misit, iubens ut q̄ maxi-
mo fieri posset tumultu cūcta popularētur.
Ea classis Corcyram primo ac proximas in-
sulas diripuit. Mox in cōtinente transgressa

per Cyprū & Acarnaniā & Actoliā cuncta
incendiuſ rapiniſq; fœdauit, mareq; obſer-
uans, multa Græcotū nauigia quæ in Italiā
Illyricūq; nauigabant, excepit totūq; mare
infestū & inutile nauigantibus reddidit. Dū
haec per Græciam a Gothis gerūtur, Toti-
las nouo exercitu in Picētes misso, Anconē
terra mariq; obſideri mandauit. Duceſ vero
præfecit huic expeditioni tres, Seuerum, &
Vlidam, & Gothildū: quibus etiam classem
attribuit nauiu longarū quadraginta ſeptē.
Obſeffa igit Ancone, ac terra mariq; oppu-
gnata, maximo in periculo ea ciuitas verfa-
batur: quā ob rem Valerianus qui Rauēnæ
præcerat, quoniā per ſcipſum ſuccurrere ob-
ſeffis desperabat poſſe, Ioannē Vitiliani qui
Salonis erat, per literas hortatus eſt ad opē-
ſimul obſeffis ferendā: Ioānes vero etiā mā-
datum ſibi a Iuſtiniano fuerat ante Narsētis
aduentū in Italiā ne traiiceret, tamen in tā-
to ſociorum periculo minime ſibi quieſcē-
dum ratus, milites e toto exercitu delectos
nauibus decē & octo imposuit: profectuſq;
Salonis, Rauēnam versus nauigauit. Ei na-
uigāti obuiam proceſſit Valerianus cū. xii.
longis nauibus quamoptime ad pugnā ſtru-
ctis. Collocuti inter ſe duces, & quæ opti-

ma factu videbantur, communi consilio decretis, tota simul classe ad hostem nauigauit. Cumque Anconitanæ vrbi appropinquarent, littori applicuerunt, in loco quem Duassum incolæ vocant. Quod postquam senserūt Gothorū duces, & ipsi se ad pugnā comparantes, delectis militibus naues suas compleuerunt. Cumq; satis structi, paratiq; essent, progressi aliquanto aduersus hostes sese pugnæ obtulerunt. Erant Gothorum naues quadraginta septem: Græcorum autē triginta. Duces vero classis Græcorum Ioannes & Valerianus. Gothorū autem Vlidas & Gothildus. Nam Scuterus cū reliquis copiis ad tuenda castra remanserat. Hortati igitur vtriq; suos, & ad spem victoriæ militari oratione animis militum incēsis, ex cōposito confixerunt. Statimq; initio pugna fuit acerrima, obuiam concurrentibus proris, & omni nixu sese mutuo peruadētibus: magnisq; vtrinq; animis res gerebatur. Nec quiquam erat in tanto numero segnis: sed & sagittis & contis & gladiis tāquam in pedestri pugna certabant. Procedēte vero certamine, Gothorum classis deteriori loco es se cœpit. Pugnatores enim quanuis egregii tamen rerum maritimarum experientiam

non habentes, se ipsos cōturbabant. Naves quibusdam locis simul plures congregatæ fere mutuo impediabantur. Aliæ hoc ipsum videntes, separatæ a suorū tutela circunueniebantur ab hostibus: Græcos vero scïentia ac disciplina rerum naualium plurimum adiuuabat. Seruati ordines, nulla congregatio, nulla extra tutelam suorum separatio conspiciebatur. Itaq; vt par fuit, tandem superiores pugna Græci fuere. Sūmersæ aliquot Gothorum naues cum ipsis pugnatoribus & nautis perierunt. Multæ expugnatæ incredibili cæde capiuntur. Quod cum viderent Goths, fugam demum arripuerunt. Decem tantummodo Gothorum naues integræ refugerunt ad littus. Cæteræ vel captæ vel summersæ sunt. Virorum autem & in prælio, & in fuga plurima strages fuit. Qui ad terram refugerat Gothi, crematis confestim nauibus, ne illis potiretur hostis, in castra redierunt. Ibi trepidantibus cunctis, placuit obsidionem dissoluere. Ita propere desertis castris Auximū se receperunt, Ioannes & Valerianus cū victrice clasic summa lætitia, & incredibili Anconitanorum gaudio portū ingressi, hostium castra inuadere properabant: sed deserta reperientes, omnem com-

meatum qui illic erat, in urbem deferri fecerūt. Ipsi autē paucis post diebus abeūtes, Valerianus Rauennam, Ioannes Salonas reuersi sunt. Hęc pugna vchementer fregit Gothorum animos, & quasi initiū fuit eorum ruinæ. Totilas enim hac percussus plaga, magnā copiarum partem ex Sicilia reuocauit. Itaq; Artauanes Iustiniani dux qui Liberio successerat, classēmque ab eo suscep- perat, potentior per Siciliam factus, nō so- lū liberauit obsidione socios, verū etiam Gothos pluribus locis per oppida obsedit. Nec multo post Crotoniatas lōga obsidio- ne Gothorum laborātes classis Græcorum insperatō superueniens liberauit, ac hostes multa cēde perfregit. Fugientium Gotho- rum pars Tarētum petiit, pars Scylleum in mótem sc proximum recepit: quæ quidē res superiori cladi adiuncta, multo magis per- fregit Gothorum animos: præsertim cū de aduentu Narsetis in Italiam, deq; eius appa- ratibus multa crebri rumores circūferrent: ac defectiones quædā iam tunc fieri cœptæ sunt aduersus Totilā. Reginarius quidē vir inter Gothos clarus, qui Tarēto præerat, & Moras qui Acherusia, cum oppidis quæ cu- stodiebant, & cū militibus qui erant in præ-

sidiis, ad Iustiniani partes trāsiuerūt: & motus quidā in Sardinia aduersus Gothos fieri nūciabatur. Cū hæc esset conditio rerū per Italiā, Narses coactis per hyemē copiis ad iter se cōparauit. Habebat vero exercitū tātum quantū vix alii simul omnes duces in Italīā hoc bello adduxerant. Pecunijs enim abūde a Iustiniano cōcessis, ipse etiā in ergando & largiēdo magnificus, nō solum ex Thracia & Græcia, verū etiam ex aliis locis copias ingentes cōtraxerat. Nam & Lōgobardorū supra quinq; milia pugnacissimorum hominū Albuino rege concedente suscepserat, & Erulorū tria milia ad eum venerant. Hunnorū quoq; multitudo ingens cōfluxerat: præterea Cumades Persa Romanæ militiæ affuetus cū non contēnenda Persarū manu ad cū venetat. Et Assuades pugnacissimus adolescens cum quingentis bellatoribus Gepidarū gentis. Et Ioānes cognomento Phagas cum Græcorum Thracūq; exercitu: præterea Ioannes Vitaliani suum ac filiorum Germani exercitū illi cōiunxit. Has igitur copias habēs Narses, vt primū aduētate ver cœpit, ex Illyrico mouēs per Dalmatiā & Liburniam circuito maris sinu, pedestri itinere in Italiam transiit, pri-

mōque ingressu in Venetiis constitit. Duæ erāt viæ quibus ex Venetiis proficisci commodè valeret: una secus Adriaticum mare altera per mediterraneam regionem. vtraq; difficultates plurimas habere videbatur. Nam secus mare Athesis stagna facit, quæ pluribus fossis in mare egeruntur: & Padus in plura, vt ita dixerim, flumina diuisus, multis in locis interrumpit iter, locaq; pleraq; sunt impedita ac palustriæ: vt sine maxima difficultate exercitus traduci non posset: & a mediterranea regione Teias vir Gothus cum magnis copiis a Totila Veronam missus transitum Athesis Padiq; præcluserat. Hæc enim duo flumina ex Alpibus quæ Italiam a Gallia & Germania separat, discurrentia in mare Adriaticum deferuntur. Itaque ex Venetiis proficiscenti necesse est ea transire, vel iuxta maris littus, vbi stagna sunt & paludes plurib⁹ fossis mari egesta, & Padi ora inter Rauennā & fossas Clodias plura interrumpunt, vel a mediterranea regione, vbi eadem illa flumina magna & integra sunt transmittēda: & si quis repugnet, faciliter prohiberi transitus possit. Cū igitur Veronæ, quæ ciuitas est super Athesi fluvio, esset Teias, haberetq; copias ad pro-

hibendum sufficientes, Narses omissō me-
diterraneo itinere, viam per littus Adriati-
ci maris elegit: quoniam illa hostibus car-
bat, & erat aliquanto brevior. Profectus er-
go per Clodianas fossas & Adriaticū agrū
pontibus e nauibus, ubique flumina &
aqua interrumpebant factis, Rauennā cum
omnibus copiis tandem peruerit. Ibi Vale-
rianus & Iustinus duces cū suis insuper co-
piis Narseti coniunguntur. Erant vero per
Italiā veterani milites permulti, quibus sti-
pēdia longi temporis debebātur, & ob hoc
infensis mētibus expeditiones obibant. his
omnibus Narses stipēdia persoluit: animos-
q; illorum sanauit, atq; crexit. His conficiē-
dis, ac recreādo exercitu nouem diebus Ra-
uennā cōmoratus, demū inde mouens, Ro-
mam petere contendit. Vſdrilas per id tem-
pus Arimino præterat, vir inter Gothos bel-
lo insignis. Is, cum in agrum Ariminēsem
peruenissent prima Narsetis agmina, trans-
itum corū impedire conabatur. Amnis qui
præterfluit Arimum, imbris creuerat.
Pós vero super eo amne ita sub ipso oppido
cōsistit, vt faciliter impediatur. Egressus igi-
tur Arimino Vſdrilas, cū ex vltiori ripa
repugnaret: non multi tamen iam flumen

transiſſent: pugna non lōge a mōnibus op-
pidi committitur. In qua Erulorū quidam
eques cōminus pugnans Vſdrilam occidit:
militesq; eius morte ducis conterriti, in op-
pidum trepidi refugerūt. Caput Vſdrilæ ad
Narsetem relatū est. Narses vero lētatus au-
gurio, quōd primo cōgressu princeps aduer-
ſarius a suis interfect⁹ esſet, ſpe bona plenus
iter conficiebat. Licet enim Ariminum ca-
piendi certissima facultas aderret: tamen cir-
ca id commorari noluit, ne tātas copias in
obsidione vnius oppidi distineret. Itaq; Ari-
minum prætergressus, iter ſuum proſecutus
eſt. Totilas vero cognitis his quæ in Vene-
tiis geſta fuerunt, & trāſitu aduentuq; Nar-
ſetis ad vrbem Rauēnam intellecto: quanq;
copiæ ſuæ fere omnes apud Teiam erāt, ta-
men ipſe cum Narſete manū conſerere sta-
tuit: ſed commiſſa pugna ab hostibus inter-
fectus eſt. Gothi quicūq; ex prælio aufuge-
rūt, Padum amnē transgredi, Papiæ & cir-
ca ea loca conſtitere. Ibi cum de nouo gen-
tis duce cogitarent, Teias omnium iudicio
prælatus, rex Gothorū deligitur. Factus per
hunc modum rex, theſauros quos Totilas
Papiæ cōgesserat, illico fuſcepit, ac reparare
vires, exercitū cogere, arma tribuere, equos

Iargiri, & omnia impigre obire nō destitit: ad Frācos etiam mittere, eosq; pellicere in societatem belli. Hæc audiens Narses, Valerianum cum suis copiis circa Padū quasi in custodiā esse iussit, ne metu dempto Gothi licentius vagarentur. Ipse vero cum reliquo omni exercitu Romam petiit. In itinere Narniam vltro se dedentem suscepit, Spoletinis milites concessit qui præsidio sibi forent, donec eorū mœnia dudum a Gothis cuersa reficerentur. Misit quoq; alios Perusiu qui ditionē postularent. Erāt Perusii duo præfecti militum, Meligedius & Vilithus. Hi discordes inter se plurimū differebāt. Meligedius enim dedere urbem cupiebat: Vilithus vero cōscius proditionis & cædis Cypriani, quam dudum effecerat, repugnabat, pœnam meritam reformidans. Ita seditione orta Vilithus interficitur, Perusiuq; a Meligedio Narseti traditur. Narses post hæc Romam profectus, urbem obfedit. Cōditio vero urbis Romæ per ea quidem tempora hæc erat. Ciues superioribus calamitatibus afflitti, non admodum multi in urbe versabātur. Solitudo nōnullas vias totas habebat: edificia pluribus in locis colapsa, aut cremata cernebantur. Neq; enim

Totilas reparacioni suffecerat: præsertim ci
uibus exinanitis, ac maxima ex parte dele-
tis. Itaq; Gothi magnitudinem vrbis tueri
posse diffisi, locum delegerant nō magnum
iuxta sepulchrū Adriani, quem egregiè val-
lo fossaq; munitum ad cætera mœnia con-
iunxerant: cōgestisq; in eum locum rebus
suis, illo pro arce ac præsidio vtebātur. Nec
tamen custodiam vrbis deseruerūt, sed eam
quantum poterant, tuebātur. Narses igitur
cum expugnare vrbem statuisset, pluribus
simul locis mœnia aggressus est. Cōcurren-
tes vero ad ea loca Gothi, de mœnibus re-
pugnabant. Dum ista fiunt ac geruntur, mi-
lites quidem Narsetis remotiora petētes lo-
ca, cū ibi solitudo esset, scalis mœnia cōscē-
derunt. Inde clamor factus captam vrbem
ostēdit: Gothiq; omissa defensione alii por-
tuensem vrbem fuga petierunt, alii ad sepul-
chrum Adriani in arcem se receperūt. Per
hūc modum Narses Roma potitus est. Ar-
cem vero tūc obsecram, haud multo post té-
pore pæctione recepit. Erant in Cāpania nō
nulli patricii generis: quos propter maiorū
auctoritatem & gratiā Totilas in vrbem re-
dire non passus fuerat. Alii præterea ex or-
dine senatorio, quos vt suspeçtos Gothi eo

miserant. Hos omnes cum filiis & agnatis
corū Gothi interfecerunt. trecentos insuper
adolescentes Romanos Totilas quasi mili-
tes delegerat, re vera autē obsides abduxerat
& trans Padū in expeditionem miserat: qui
omnes postquā Roma in potestatē Narsetis
deuenit, a Gothis interfecti sunt. Per idē té-
pus Reginarius qui Tarēto præcrat, cū Te-
iam factum regem, Francosq; in societatem
venturos audisset, pœnitentia ductus quod
ad partes Iustiniani transisset, ad Gothos re-
dire statuit. Ut vero obsides reciperet suos,
hæc machinatur. Ad Macurium præfectum
Hydrunti mittit, & auxilium polcit aduer-
sus Gothorum copias quas contra se ventu-
ras cognouisse simulauit. Macurius autem
nihil fraudis suspicatus, quinquaginta mili-
tes ad eum Tarentū misit, quos Reginarius
statim in carcerē coniecit, & Macurio scri-
psit, si milites suos velit, obsides eius quos pe-
nes se habebat reddat. Hæc audiens Macuri-
us cōturbatus est, paucisq; militibus in præ-
fido Hydrunti relictis, ipse cum cæteris co-
piis aduersus Reginarium profectus est. Re-
ginarius vero nihil moratus, milites quos ac-
ceperat omnes occidit, egressusq; Tarento
aduersus Macurium prælio commisso sup-

tatur, multisq; suorum amissis in fugam cō-
īicitur: qui cum Tarentum redire nequit,
omnibus viis p̄æclusis, Acherusiam se recc-
pit. Narses inter hæc portū missis eo copiis
obsedit, ac tandem vrbē recepit. Post hæc Cē-
tumcellas eodem modo aggressus, in pote-
statem suam reduxit. Teias vero Francorū
gentem solicitare, ac in societatem ascisce-
re non cessabat, & modo pecunias, modo
participationem dominationis per Italiam
polliceri: sed Franci iampridem constitue-
rant se huiusmodi bello nō immiscere. Itaq;
Gothorum spes in irritum ceciderunt. To-
tilas dum viueret, pecunias regias partim
Papiæ congregauerat, partem etiam non
paruam Cumarū in arce se posuerat, ciq; arcii
fratrem suum p̄æfecerat. Id cū intellexisset
Narses, partem exercitus misit ad obsidēdū
Cumas: ipse vero Romæ consistens, repa-
rare vrbem ac frequētare conabatur. Ne ve-
ro Gothi qui erant trans Padum, succurrere
vel Cumis vel aliis locis possent, Ioannē Vi-
taliani & Filimuntem cum eorum copiis in
Ethruria commorari iussit, qui conatus ho-
stiū primi exciperent & retunderent. Atem
Teias vbi sensit Cumas obsideri, ferre opē
constituit his qui obsidebantur: profectulq;

ex oppido Papia magnis transuersisq; itineribus ad litt^o superi maris duxit: inde per Picetes & Marsos in Capaniā peruenit. Quod postquā Narses intellexit, Ioannem cū exercitu ex Etruria reuocauit. Ipse vero Narses cū his aliisq; copiis profectus, certissimo cōfligendi proposito Campaniā petiit. Vesuvius est Capaniæ mons, per cuius verticem caligo & flamma quādoq; euomitur. in radibus vero eius montis fontes sunt dulcium aquaruum: fluuiusq; ab his fit, qui Dracon appellatur. fertur autē non procul a Nuceria vrbe. habet autem is fluuius latitudinem exiguum, profunditatem vero ita magnam vt neq; pediti neq; equiti sit transmeabilis. Circa eum fluuium ambo exercitus constiterunt castra habentes. Narses quidem citra flumē, Teias vero vltra. Medius inter vtraq; castra fluēs amnis decurrebat. Pótē qui vnicus iungebat ripas, Gothi occuparāt, ac muneraūt. Itaq; in eorū potestate erat pugnā vel detrectare vel inire. Duobus mensibus in hiis locis exercitus cōmorati sunt, cum interim cupienti Narseti & suis conserendi manus nulla facultas esset: tantum ad ripas vtrique venientes sagittis & telis sc̄ plurimum feriebant. Cōmissa sunt ctiam per id tēpus multa

singularia certamina ex prouocatione hinc
inde facta: transgressiq; pontem Gothorum
milites cum Narsesis militibus singulari cer-
tamine depugnabāt. Mare satis erat propin-
quum, classemq; in mari habebant Goths,
qua frumentum cæterumq; commeatum in
littore exponebat: vnde in castra defereba-
tur. Sed postquam Gothorum classis prodi-
tione amissa eit, nec amplius mari commea-
tus facultas haberi poterat, eo defectu per-
culsos Goths necessitas compulit castra
mouere. Itaq; deserto ponte, & circa amnem
loco, in proximum inde montem, quem La-
etum incolæ vocant, abierunt. hos secutus
Narses, cum eos inuidere propter asperitatē
montis nequiret, circa radices eius montis
confedit. Goths autem cum nihilominus in
eo loco penuria rerum premerentur, statue-
runt prælio decernere: structaq; de superio-
ri loco acie, hostes nihil tale suspicantes re-
pente adorti sunt. Hic neq; struendi aciem
neq; milites alloquēdi spatiū fuit cōcursum
est ob ónibus ut fors tulit. Et quia Goths re-
lictis equis pedestri acie pugnabāt, Narsesis
quoq; milites pedestres occurrerūt. Atrox
pugna & vbiq; cruētissima fuit. Goths enim
desperatione obstinatē certabant. Narsesis

vero milites conscientia multitudinis cede-
re erubescabant, præsertim cū eos per supe-
riores dies deserere prima castra compulsi-
sent cum in montem refugos pene obsedi-
sent. His rationibus vtrique incensi fortiter
dimicabant. Non præteribo in hac pugna
insigne Teiꝝ regis Góthorum factum. Ille
enim heroica quadam fortitudine præditus
inter primos pugnatores esse voluit. Erat au-
tem sagulo armisq; egregie conspicuus. Si-
nistra scutū, dextra pilū quatiebat. Aduersus
hunc congressi plures, omnes ab eo interfe-
cti ceciderunt. Itaq; in cum tela vndequaq;
volitabant. Ille mirabilia fortitudinis opera
edebant vigore animi ac robore corporis in-
credibili. Cum tādem in scuto eius permul-
ta pila infixa cohæsissent, atq; ob hoc versa-
re scutum impediretur, stans ad hostem con-
uersus, aliud sibi scutū afferri clamitauit, no-
minatim vocans armigerum suū a quo scu-
tum afferri iubebat. Id vbi allatum est, prio-
re dimisso scutum nouum assumpsit. In hac
mutatione scuti letaliter vulneratus a voli-
tante telo, cū multū sanguinis effunderet, ni-
hilomin⁹ fortissime pugnās nunq; pedē retu-
lit, nunq; frontē ad suos deflexit, sed in hostē
cōuersus continue dimicans ad extremū in

faciem corruit. Erat fere sexta diei hora cū Teias occubuit. Gothi tamen ob regis mortem nequaquam territi, vsq; ad mortē pugnauerūt, nunq; pedem referentes. Factis deniq; tenebris pugna cessauit: quū primo solis ortu cœpta fuisset. Ea nocte vtriq; armati steterūt: vtq; dies apparuit, rursus in pugnam redditum est, & vñq; ad solis occasum cum magna strage vtriusq; partis dimicatum. Tandem vero Gothi ad Narsē oratoribus missis, velle se Italia excedere obtulerūt, si incolumes abire, asportareq; sua permittātur. Sin hæc sibi non permittat Narses, quā diu viuāt tā diu pugnare nō desituros esse. Quæ cū intellectisset Narses, in cōsilio re discussa abire illis pmittere decreuit, ne aduersus desperatos homines magno suorū detrimēto victoriā adipiscatur. Inter hæc ad mille equites ex Gothorū castris aufugerunt, magnisq; itineribus Papiā & alia trans Padū oppida petierunt. Reliqui autē fœdere cū Narsete isto sua priuatim asportantes, Italia excedere, ac nunquā aduersus Romanū Imperiū bellum gerere promiserunt, libertate tamen retenta fine vlla Romani Imperii subiectione. Quo facto Cumas ac cætera quæ supererāt oppida

Narses recepit. Finisq; fuit anni decimi octau-
ti huius belli.

F I N I S.

Parisijs apud Simonem Colincum, anno
Domini M. CCCCC.X X X I I I .
Mense Septembri.



— 1 —






1. Opt. Bini. Symon. G. = Ad. binae = 9. 1. 1.
1608. Medio: titoli acci: titoli
2. Via Venetorum: Picci: 1608.
3. Cibello Italico chiamata Cibello Gentilissima:
Picci: 1608. 1609.








A 109/009

-23/2/797

UNIVERSIDAD DE SEVILLA



600092659